



scilicet Doctor loc. cit. s. *Aliter dicitur*, quia vel hae qualitas est corporalis, vel spiritualis, si corporea, eadem ratio est de ipsa, ac de qualitate ab igne producenda, quia equalis repugnancia est utrobique suscipiens ad susceptionem, si vero spiritualis; ergo non per illam magis est passum proportionatam corpori, ut agens, quia magis est passum, confirmatur, quia dicitur etiam, quod per qualitatem superadditam redderetur spiritus capax corpore calcificationis non ab illa fieret capax doloris, & corpore sensationis, hae siquidem supponit temperamentum, cuius destructiva est qualitas dolorifera ab objecto disconveniensi causata, quod quidem temperamentum in Angelis locum non habet. Dixerunt aliqui apud Durandum q. d. 44. qu. 13. Item in anima humana, dum a corpore separatur, remanere potentias sensitivas sicut inchoatas, quibus sensibilibus pati possit, quod & probabiliter putat Coninchius disp. 11. de Purgatorio dub. 3. num. 32. quia sicut anima conjuncta corpori patitur dolorem mediante corpore, ita etiam separata, quia in ea remanent potentiae sensitivae sicut inchoatae. Sed hoc etiam refellimus q. 6. cit. art. 1. quia proximum susceperunt sensationis, & ratio suscipiendi non est in anima, vel aliquid praesens in anima, nec forma mixta in organo, sed forma totius compositi ex corpore mixto, & anima, & talis perfectio est proxima ratio recipiendi sensationem, & ideo illa forma totalis est potentia sensitiva, & totum conjunctum ex anima, & parte corporea est organum vivum, quod illi dicitur sentiens, & patitur dolorem, unde nec cadaver ab anima separatum hanc rationem dolorem sentit, nec anima a corpore separata, quia non datur in eis organum vivum quod solum est capax sensationis, & doloris. Angelus autem, seu anima separata cum habet illud extrinsecus impressio aliquid unum vivum non faceret, sed tota vita ex parte unius tantum se teneret; ergo &c. Tum quia quando etiam hoc totum concederetur de anima separata, ut Coninchius contendit, adhuc tamen in Angelis locum habere non potest. Deinde arguit Doctor contra eandem sententiam, quia habitus non est potentia, & quo simpliciter possumus, sed quo aliquid potest fieri, sive consideretur, ut activus, sive ut passivus, id est, ut complens potentias, vel activas, sed passivas; ergo supponit potentiam; hanc ergo non realis potentia passiva sicut in Angelo, vel anima separata ad rem ab agente corporeo, consequenter eam non recipit ab alio habitu, prout distinguitur a potentia. Tandem arguit Doctor, quia si mediante illo habitu poena reciperetur in Angelo, scilicet, calor, sequitur quod per se habet, & non Angelus, vel anima, esset primum, & immediatum eius obiectum, inio Angelus nec mediatum esset subiectum; quia supponitur quod ex se ad tale formam nullam habeat capacitatem, neque per habitum reddatur capax, quia calor ille est extrinsecus, ut a causa materiali producit, Angelus autem est inextensus, cum non habeat partes, neque per talem habitum sit extensus.

14 Tertio queritur, an ignis cruciet spiritus obedientialiter producendo in eis qualitates spirituales eorum naturae repugnanciam, & loquuntur aliquid, sed sentiens, & deturpantem eorum substantias, ex qua sensatione, ac deturpatione Demones maximum concipiunt tristitiam, apprehendentes illam, ut disconvenienciam propriae naturae, quam sententiam refert, & impugnat Durandus l. c. & postea amplius sunt Suarez, Malin, Parisiensis, A. S. Zúñel, & alii Recentiores dicentes possibilem esse divinitus qualitatem aliquid spirituales fructum Angelum, ac male efficientem, & ad hanc in Angelo producendam ignem elevati, & in eius qualitates diffonae cognitione consistit, & formalissime penam, sed ordinentur de omnibus, quam ultimo consequitur ex parte voluntatis. Fundamentum huius sententiae est, quoniam hec optime explicat, quo modo spiritus vere, & realiter, & non tantum sicut, & per apprehensionem torquetur ab igne corporeo, sicut enim homo torquetur a calore, & frigore, quia est qualitas sibi contraria, & quia hic calor producit ab igne, & frigus a nive dicitur merito, & quia sibi contraria, vel diffusa, & quia eam producit ignis, dicitur merito ab igne torquetur. Quod autem ignis per potentiam obedientialem elevatam talem qualitatem spirituales producat, & in per naturalem, ut aqua ad producendam gratiam in Baptismo. Et tandem, quod dari possit qualitates spirituales subiecto spirituali contraria ex eo constare, quia sicut se habent qualitates materiales ad subiectum materiale, ita spirituales ad spirituale ergo sicut ex eis aliquid sunt conformes, & gratia subiecto materiali, ut addit musica, palato dulcedo &c. aliae vero contrariae, & diffonae, ita ex istis aliis erunt bene efficientes subiectum spirituale, aliae vero male.

15 Sed hunc dicendi modum, quamvis inter Recentiores

fatis plausibilem, iam late impugnavimus q. 6. cit. art. 2. quia in primis talis elevatio non est possibilis ex parte principii, siquidem ut dicitur et disp. 7. Phys. q. 6. art. 5. vel non datur potentia activa obedientialis in rebus creatis, sed tantum potentia passiva, ut tenent communiter Thomisti, & Scotisti, vel si datur, hoc non datur in quolibet ad quolibet, sed ad quemlibet effectum producendum, sed tantum aliquem, ad quem ex se sit aliquo modo saltem remore proportionata, atque ideo non videtur elevari posse quaecumque creatura, ad quemcumque effectum improporcionatum producendum, unde sicut hac ratione negamus aquam elevari posse per potentiam obedientialem ad producendam physicam gratiam, quae est accidens spirituale, ita patet in proposito negandum est ignem alium posse per modum instrumenti ad producendam qualitatem spirituales Angelos cruciantem. Deinde de sicut etiam est intellectus, quomodo talis qualitas sit disconvenienciam, repugnans, ac contraria Dmoni, nam illi nullum videtur asserere posse documentum, sicut asserit minus calor corpori, intelligibile enim est, quod sit disconvenienciam naturae spirituali secundum se, si eam non disponit ad corruptionem, vel non est corruptiva aliterius qualitates convenientis, & naturalis, ut in qualitatibus doloris sensus contingit. Nec minus apparet, in quo talis qualitas Angelicam substantiam cadere, ac deformare, vel enim sermo est de puritate naturae naturalis, vel supernaturae per gratiam, supernaturalis nequit esse, quia dona supernaturalia demones per peccatum auferunt, naturalia vero manent integra ex Dionysio de divinis nominibus cap. 3. Tandem fallit etiam, quod sunt Suarez, & Arriaga hanc sententiam inter omnes clariorum esse, & per ipsam optime declarari modum loquendi Patrum, & Scripturarum de cruciatu spirituum per ignem, nam in prima non salvatur, quare potius Deus aut voluerit instrumentum ignis ad cruciandos spiritus, quam aqua, vel alia re creata, quoniam si ignis non eos affligit, & cruciat quatenus calidus, seu calorem imprimit, sed hanc qualitatem spirituales per modum instrumenti non plus valent ignis ad talem operationem, & effectum producendum, quam aliud quaecumque corpus, & aequè bene potuisset Deus ut omnibus aliis rebus creatis per modum instrumenti ad producendam hanc spirituales qualitatem in Demones, siquidem ex natura rei maiorem non habet connectionem cum igne quam cum ceteris rebus, & clementiam, cum ergo hae sit praecipua differentia, quae alias vexat sententias, plane hae non erit exreis clarior. Neque etiam in illis ceteris qualitatibus, & impetibus visibilibus, & arduis, vel saltem visibilibus, quae maiorem habent eum igne connectionem, quam cum ceteris corporibus, ad quod impressionem spirituales illius qualitates, quam illi communiter ignis non habet maiorem vim in spiritibus, quam in aliis corpora habeat; ergo neque opinio salvatur velus alii dicta Patrum, & Scripturarum in hac materia; de quo alia plura vide loc. cit. & alia quoque impugnationes apud Henricum d. 43. cit. n. 2.

16 Quarto queritur, an spiritus crucietur ab igne per alligationem eorum aliquid corpori ad Deum factam. Afferunt novissime Coninchius disp. 11. de Purgatorio dub. 3. cit. n. 33. ubi ait, quod sicut anima informatur corpus propter mutuum sympathiam, necessario eum dolere quodam percipit qualitates, quae corpus male afficiunt, ita Deum supernaturalem posse eam separatum aliquid corpori alligare, quod se nullo modo parere possit, & quorum Deo singulariter concitente similem aliquam sympathiam habeat, sicut habet prius cum eo, quod informabat, nulla enim apparet hic implicentia, vel ratio negandi. Unde fiet, ut eodem modo percipiat qualitates impetitas huius corpori, sicut prius percipiebat productas in corpore, quod informabat. Quare si Deus eam ita alligat aliquid corpori in quod ignis agit, eodem modo eius aerimonia torquetur, si scilicet in proprio corpore. Et hoc arguitur a D. Gregor. lib. 4. Dialog. c. 19. illius verbis. *Colligere autem dicitur Evangelium postquam, quia inchoatam anima non solum videtur, sed visum esse videtur, & subdit ad hoc opus non esse, ut qualitas ab igne producat in illo corpore eodem modo torquetur, quod torquetur in hac vita, & tamen nullo modo eorum corpora corrumpit. Quod autem asserit de omnibus aut patet de Demonibus potest dici, propterea opinione erat etiam Henricus, quam ita cum visis de illis non committit, & ad eis appropinquat, ut factis congruentem Scripturae, & diis Patrum, ac etiam probari posse ex quibusdam defensorum apparitionibus, in quibus vivis apparuerunt eorum corporibus ignis, quibus praetato modo erant alligata.*

17 Sed hunc quoque dicendi modum refellimus loc. cit. ut omnino

omnino singulariter, & novum, nam vel illa alligatio esset per veram unionem substantialem, vel per solam intimam praesentiam localem ex voluntate Dei extrinsecam factam; non primum, nam praeterquam quod hoc de Demonebus asseri nequit, cum Angelus materiam informare nequeat ex Scoto quodlibet. 9. nec etiam bene de animabus diceretur, quia ex tali unione verus, & realis homo resultaret, ponere autem in Purgatorio veros homines, & non solas animas separatas, est erronem. Si secundum, tunc plane repugnat ex sola tali intima praesentia locali animae cum corpore eam pati ex impessione qualitatis disconvenienciam corpori impresse; nam in corpore, quod informat, talem sentit passionem per sympathiam ex sola unionem substantialem cum eo permanentem, ad quam proinde non sufficit sola intima localis praesentia ex voluntate Dei extrinsecam facta. Confirmatur, quia sentationes omnes tam extrinsecas, quam intrinsecas formaliter, & adaequate sunt a toto conjuncto ex anima, & corpore, ac in eo adaequate recipiuntur ex 2. de anima, ut docet Scotus loc. cit. unde ratione praesens talis conjunctio, quod anima rationalis inadvenciat constituit, dicitur per sympathiam percipere invenienciam, vel disconvenienciam qualitates sensibilis in corpore receptorum sicut nequit facere Deus, ut sine tali unionem fiat homo, vel anima corpus informat, ita nec facere poterit, ut sine hac unionem calor in corpore receptorum sic animae contrariis, & passionem sentiat ab eo per sympathiam. Denique Angelus quantumvis aliquid corpori indissolubiler alligatus a Deo, aliter nequit sentire calorem illi impressam, quam illum intelligendo, ac intellectus intuitiva calor nequit esse ignis molesta, quam sit cognitio eujuscumque alterius obiectis ergo per talem colligationem spiritus cum corpore ab hoc Auctore excogitatum non sufficienter explicatur cruciatus Demonomum, & animarum ab igne, & quomodo ex ea alligacione provenire possit, ut qualitates in illis corporibus existentes sentiantur a Demonebus, & animabus, ac eos vehementer torquentur. Neque hunc cruciandi modum in igne infernali Div. Gregorius l. c. significare voluit, qui omnino fictitius est, sed quem ex doctrina Scoti mox explicabimus. Alium dicendi modum l. c. adducimus, quem omittimus, quia non valde dicitur a primo, & ideo impugnavimus, sicut ille.

18 Quinto queritur, an ignis cruciet spiritus ratione tristitia, & ut obiectum disconvenienciam. Afferunt Scotus 4. d. 44. cit. q. 2. cum omnibus Scotistis, & hae est sententia verior, & communior in scholis, ut diximus q. 6. cit. art. 3. tam apud veteres, quam Recentiores, quae docet Demones esse igni alligatos, ita ut ab eo se liberare non possint, & hae alligacione cognita, & noita ad modum tristitia, & torquetur, quam alligacionem ad ignem explicant, vel per modum carceris detinentis illos in certo loco, ne pro ipsorum libito ubique vagari possint, vel per modum obiecti determinantis illos ad continentiam sui considerationem, nec ad alia obiecta expedita converteri valeant; vel per modum alligacionis potentiarum, quoad libera executionem suarum functionum iuxta varios modos tuendi hanc sententiam. Hae sunt opinio D. Thomae, & Thomistarum p. 1. q. 64. ar. 4. & contra Genes cap. 30. D. Bonav. 4. d. 2. p. art. 3. q. 1. Durand. qu. ult. Palad. Richard. Gab. Milon. & aliorum antiquorum, & sequuntur Recentiores passim Amicus, Aversa, Jo. de S. Thoma, Nazarius, & alii passim asserentes hanc ignis cruciati fieri per actionem intentionalem, itaque non patiantur spiritus ab igne per actionem realem, & physicam, ut praecedentes opiniones assererent; iam impugnat. Et quidem loquendo in genere, quod illa poena ab igne illata sit poena alligacionis, manifeste deducitur ex pluribus Scripturae locis adductis loc. c. quae ferè semper explicat illam ignis poenam per modum alligacionis, & detentionis, ut patet praesertim ex Apoc. 20. Et apprehendit Angelus Draconem, qui est Diabolus, & Saranum, & ligavit eum, & misit in abyssum. Declarat autem Doctor loc. cit. §. *Alia quaestioem*, spiritus, & animas separatas non cruciari ab igne per solam alligacionem, vel detentionem localem, quia spiritus, & animae nullam habent repugnanciam cum quovis loco, cum nullus locus sit eis ex natura rei disconvenienciam, sicut fuerit corpori gravi, & dorsum leve, elementa enim solum, & mixta locum sibi determinant, à quo si avellantur, sic contra eorum naturam, non tamen spiritus, quia a loco non conservantur, nec aliam in esse ab eo dependentiam habent; atque ideo per solam alligacionem, & detentionem localem ab igne non cruciatur. Quare subdit spiritus, & animas separatas, cruciari ab igne eo definitivo detentione contraria eorum voluntatem ex affectione commodi inclinatum ad utendum pro libero usu motive potentiae, ideoque Demones tristari, quia eum locum apprehendit, ut sibi molestiam, eod quod vellet potiri expedire, & libero usu fove motive ad quemcumque locum; quare videns se detentum in igne, & alligatum, vehementer dolet, ac trahitur.

Maffris Theolog. Moral.

19 Deinde quia Scripturae, & Patres adhuc majorem poenam indicant Demones ab igne sentire, quam solus localis detentionis per modum carceris, Doctor loc. cit. §. *De istiusmodi poena*, aliam adhuc alligacionem obiectivam, quatenus intellectus Angelus determinatur perpetuè ad intensè considerandum ignem in ratione obiecti, quam determinationem apprehendit sibi inconvenientem, eod quod vellet ut liberè sua facultate intellexit. Quare De non videns se ita detentum, vehementius dolet, & trahitur de hac detentione obiectiva, quam de illa locali, quoniam per eam detentionem localem impediebatur solum in usus liber fove motive ad utendum aliterius obiectis, sed per hanc detentionem obiectivam impeditur intellectus cum quo obiectum, quatenus per hanc impeditur intellectus eius perfectè, & expedite considerare alia consilia sua; addit autem Doctor appositè illam particulam *per se*, nam si simpliciter possent Demones ad alia quoque obiecta consideranda converteri non tamen cum ea intentione, & applicatione qua possent; si ab ignis apprehensionem non detinerent; quare concludit, quod quanto intellectus est nobilior virtute motiva, tanto magis torquetur ab igne per hanc determinationem in intellectu, quam per illam alligacionem in loco, quia ubi est maior nobilitas, & aequè certa apprehensio de eventu, sequitur maior tristitia. Ad ulterius, quod illa detentio in consideratione ignis intensa, & perpetua, & contraria voluntatem Angelis sit effectiva a Deo principaliter, & ab igne qualiter, & quia istud minus principaliter, ac veluti instrumentum, quia istud non convenit igni virtute propria, nam tota virtute activa ignis postea Angelus sibi dimissus possit ignem, vel aliud corpus indifferenter considerare pro impetio voluntatis suae. Hae igitur, tristitia, ac spiritualis cruciatus, quoniam ignis causat in mentem Demonomum per duplicem praetato alligacionem, ac detentionem localem, & obiectivam est illa incorporea flamma, ac invincibilis ardor, quem D. Gregor. cit. 4. Dialog. cap. 29. ait: *Res incorporea trahere ab igne corporeo, & materiali. Res incorporea incorpoream excipit, dum ex igne visibilis cadit, ac dolor invisibilis, trahitur, ut per ignem corporeum mens incorporea, & etiam incorporea flamma crucietur.* Unde hae dicitur poena sensus, non quia per actus sensum, vel potentiam sensitivam sustineatur, sed quia causa est, & originem habet ab aliquo sensibili corpore, quod causa est huius poenae, quod in praesenti ignem esse Scripturae testantur, & Patres.

20 Denique quoniam Scripturae, & Patres non tantum dicunt ignem cruciare Demones, & animas, ut eos detentum localiter, & obiective immutat, sed etiam secundum quod ignis, & ut urens, & calefaciens, nam eum vocant *ardentem devorantem, concremantem*, quare D. Gregor. loc. cit. *ac colligere ex illis Evangelicis possumus, quod incendium animam non solum videtur, sed etiam experiendo patitur*, a Verberum in ex Scoto d. 44. cit. §. *Alia quaestioem*, quod ignis in corpus animatum anima sensitiva potest habere duplicem actionem unam realem, quae est univoca, quae nimirum calorem imprimi, & alteram intentionalem in sensum, quae est equivoca, quia species sensibilis non est simpliciter eiusdem speciei cum obiecto. Quare in sensu cognitivo producit species sensibilis, & sensatio, quae est iudicium de obiecto representato, & in appetitu sensitivo producit dolor, si obiectum est disconvenienciam, ac delectatio, si est conveniens. Quod si corpus sit animatum etiam anima rationalis, producit ulterius actionem intentionalem etiam species intelligibilis, & intellectus in intellectu possibili, in voluntate vero tristitia, & meror. Tunc, inquit Doctor ignem in Inferno non habere in spiritum animatum primam actionem realem, & physicam urendi, & calefaciendi, quia respectu puri spiritus dari non potest, potest tamen habere in sensum tactus actionem intentionalem affigentem dolore sensitivo; ex quo igne, & dolore consequitur ulterius tristitia, & meror in ipsam animam intellectivam corpori constantiam. Neque hoc mirum esse debet, ita Doctor, quia absolute loquendo una actio esse potest sine alia, quia neutra essentialiter pendet ab altera, unde & modo facta reparabiles, si aliquid sit susceptivum formae realiter, & non intentionaliter, & aliunde converteri, & sola intentionalis sufficit ad causandum dolorem, sola autem realis sine intentionali ad hoc non sufficeret, quia lignum quantumcumque excessivè calefactum, non tamen dolet.

21 Hinc facile est deducere, ut loc. cit. dicebamus quo sensu asserere liceat, quod in spiritu angelico, vel humano, separato erit cruciatus, seu passio eiusdem rationalis cum passione animae intellectivae conjunctae, quando enim ab eadem causa fuerit duo proveniant effectus subordinati quorum tamen unus essentialiter ab alio non dependet, sed tantum secundum unum communem naturae cursum, potest de illis eum causa causare eadem

Non Inferno cum Sanctis habitatoribus appareret, continuo Infernus in amicum Paradisum converteretur. Datur igitur in inferno pena damni, quae est maior exteris, nam ut visio divina, & fructus est in beatis omnium honorum radix, ita privatio eiusdem visiois, & fructus in damnatis est omnium malorum fons, & origo.

ac etiam in voluntate, si tali potentia re illa praedita sit, immutatio intentionalis dolorem causans vehementissimum, quoniam igitur inter omnia aegritudines ignis in tali aegritudine agendi ceteris omnibus praecellit congruunt tamen, ut potius haec creatura uretur in tali inferendo cruciatur tantquam instrumentum, quam ceteris; quamvis enim exercendo actionem physicam urendi, & calcandis, spiritus non laedit, ut talis lesio nis incipiat; & atque exercendo actionem intentionalem in spiritibus, & anima a corpore separata, qualem causat in naturali rerum dispositione potuisset Deus eandem alligacionem, ad determinationem assignare cum aequali damnationis visum, per modum obiecti etenim in obiectis dolorem afferentibus rebus animas per immutationem intentionalem, nullum esse sentit, idem enim confirmat Damascenus, Petrus Damianus, Basilii, & alii Patres, ac demum Iudas Apostolus in sua Canonica epistola appellat *sub calcigine vinculis carnis* *animas*. Dicit, flamma lucem causat, & lux cum flamma est semper necessario connexa, ut ignis naturalis effectus, cum ergo in inferno maxima sit flamma, maxima quoque ibi erit lux. Respondet Ariaga loc. c. ignem in materia densa, qualis est in inferno, vix aliquam ex parte lucem, & praeterea post universale iudicium locus ille cruciatur humanis ita plenus erit, ut non habeat flamma corpore diaphanum, per quod diuisum possit, & inter damnatos inclusa nullam lucem extrahat. Sed brevis alii dicunt Deum cum miraculo impedire ad maiorem damnatorum consolationem, supplicium.

Quinto est difficultas, an vere sit in Inferno tormentum visus. Aliqui circumferunt revelationes, in quibus a minoribus figure a nimium calorem dicuntur damnati transire, quod fundatur in illo dicto Job. cap. 22. *De aquis nivium transibunt ad calorem nivium*, & videtur esse sententia quorundam Patrum D. Hier. Petri Damiani, ac etiam D. Augustini lib. de triplici hiera cap. 2. ubi ait, quod duo principalia sunt Inferni tormenta, frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis, unde in Evangelio dicitur *Erunt ibi frigus, & ardor dentium*, flenus namque, & huiusmodi oculorum ex calore nascitur, frigidus vero dentium ex frigore, a quibus duobus numeris pendunt vitio genera, videlicet frigus intolerabilis, pena famis, pena fletoris, pena horrois, pena timoris, pena angustiae, pena tentationis, severitas tormentis praesentia demonum, ferocitas bestiarum, crudelitas ministrorum, vermis conscientiae, igitur lacrymae, fulsoria, miseriae, dolor sine remedio, vincula, sine solvitione, mors aeterna, poena sine deficiente Chelici quoad visionem eius, quae sola omnia praedicta superat, & omnibus poenis est inollerabilior, ita dicitur D. August. loco cit. Quamvis haec magis sit valde dubia, & pro utraque parte probabilis, verisimilium tamen videtur, ut ait Ariaga disp. 20. sect. 1. cum Suarez, & aliis Recentioribus, non dari in Inferno nives, aut aquas, quia nec Scriptura de eis quidquam dicit, sed semper de igne loquitur, non vero de elementis in Inferno ponere non debemus, sine fundamento, cum per ignem sufficienter damnati possint torqueri, & aliunde sine alia poena cum igne non possibiles, quae ibi recenserit solent a Patribus, & rigor autem, & calor doloris, non magna, & plura multiplicando miracula, simul coherere non possunt.

Confirmatur, quia certum est ex illis Scripturae locis poenam ignis nunquam cessaturam, etiam si fieret transitus ad frigus nivium, quia cruciatur ignis vocatur aeternus, & hoc bene deducit Scotus d. 44. cit. qu. 2. ex illi petitione Epulonis *Mitte Lazarum, ut refrigeret linguam meam*, nam si ab igne ad frigus transiret, non speraret Epulo ex aqua refrigerium, quia in ea cruciandus fuisset, sicut ante ab igne fuerat. Neque loquitur Job, qui pro parte opposita communitate adduci solet, ullo modo arget, non enim dicit Job, quod damnati ad ignem transibunt ad calorem nivium, sed dicit *Ad nivium calorem transibunt ad aquam nivium*, & usque ad inferos peccatum illius, unde loquitur ille Job non de damnatis intelligi debet, sed de obflatis peccatoribus in hac vita, ut Ariaga in dicto loco, quod clare ipsa verba textus ostendunt, nam post transitum ab aqua nivium ad nivium calorem imperat eis, ut usque ad inferos peccatum illorum, et quoad frigidorem dentium dicendum est illam etiam ex ira vehementi provenire posse, ac etiam ex quocumque alia vehementi dolore, & non tantum ex nimio frigore; praeterea quod in demonibus, qui dentem non habent, frigidus proprie loqui habere non potest, sed tantum metaphoricè. Nec tandem duo, vel tres Patres pro opposita sententia sufficienter sciunt auctoritate, quia plures alii sunt pro nostra, cuius Scripturae magis favent.

Sexto alterius queri solet, an in Inferno sint vere tentationes. Communiore, & probabilior opinio affirmat, quae deducitur ex expressis ex pluribus Scripturae locis, ut Matth. 8. *Edificantur in tenebris exteriores, ibi erit flenus*, & *Ardor dentium*, & cap. 22. *Mitte dum in tenebras exteriores* ubi Interlin. dicit, id est, Infernis, quia hic interior habet tenebras. Ita etiam Job c. 10. *Infernum appellat terram tenebrarum*, & *Operam mortis calcigine urendi*, & *tenebrarum, ubi umbrae mortis*, & *Nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans*, ubi ait Gloss. ordinat. hic flamma, quae urit, illuminat, ibi urit, & obcurat, ignis autem, qui non lucet ad consolationem, aliquando lucet ad poenam, quia eo illuminante, ut magis dolant videbunt in poena sequaces suos, quorum amore deliquerunt. & D. Hieronymus in idem cap. 10. Job, inquit, quod terram inferorum deserpsit, nulli dubium est, tenebrosa est, ut dixi, velut carcer, in quem peccatores, & impii, qui lucem odio habuerunt, ut tenebrarum filii contrudunt, & D. Gregorius lib. 9. Moral. c. 46. explicans illud *tenebras exteriores* ait, si ignis, qui reprobos cruciat, lumen habere potuisset, is qui repellunt, nequaquam intret in tenebras diceretur, & c. 48. inquit, ibi ignis, qui cruciat, obcurat, flamma comburit, led nequaquam tenebras dicitur, idem etiam confirmat Damascenus, Petrus Damianus, Basilii, & alii Patres, ac demum Iudas Apostolus in sua Canonica epistola appellat *sub calcigine vinculis carnis* *animas*. Dicit, flamma lucem causat, & lux cum flamma est semper necessario connexa, ut ignis naturalis effectus, cum ergo in inferno maxima sit flamma, maxima quoque ibi erit lux. Respondet Ariaga loc. c. ignem in materia densa, qualis est in inferno, vix aliquam ex parte lucem, & praeterea post universale iudicium locus ille cruciatur humanis ita plenus erit, ut non habeat flamma corpore diaphanum, per quod diuisum possit, & inter damnatos inclusa nullam lucem extrahat. Sed brevis alii dicunt Deum cum miraculo impedire ad maiorem damnatorum consolationem, supplicium.

rituales sint, & incorporei, non sunt talis lesionis capaces, nec animae potest spiritualis substantia calere, aut in partes dividi, vel consumi, sicut corpus, nec pariter dolorem sentire, cum sensus non habeat, nec denique dolorem sensibilem appetitus, cum eo careat, ex quo tandem deducitur nec damnationem, nec animam separatum quoad haec eo modo ab igne torqueri, quia anima separata, dum est in corpore, aut homo ipse ex anima, & corpore constans, quae de causa ad id declarandum variis modis sunt excogitati, quos exacte, & singillatim l. c. examinavimus, & hic breviter repetimus pro integritate, & complemento huius disputationis.

Primo queritur, an damnationes, & animae separatae solum per apprehensionem cruciatur, quae ignem apprehendant, ut sibi disconvenientem, & nocivum. Affirmant aliqui, quod probant ex D. Greg. cit. 4. Dialog. dicente spiritum torqueri ab igne videndo tantum, & aspiciendo, cum inquit, *et patitur, quod videt*, & *quia cruciatur se respicit, cruciatur*. Confirmat etiam Avicenna 9. Metaph. ca. 7. ad finem, ubi exemplificat de somnio, quod aliquis interdum magis cruciatur in somnio, ex apprehensione phantastica alicuius rei disconvenientis, quam aliter cruciatur in vigilia ex reali praesentia ejusdem. Tandem potest damnationem simpliciter complacere gaudere de re impossibili apprehensa, sicut possibilibus pariter tritari potest de igne, ut nocivo apprehensa etiam ipsa se ipsa nocivus non sit. Hic dicendum quod, si quis dicit, quod non apparet possibile, nam ex natura sua ignis non est conerarius, nec offensivus spiritui, nec minus potest esse disconveniens, in ratione obiecti, sed potius conveniens, obiectum namque ut obiectum est conveniens potentiae ut potentiae, non est igitur ignis est disconveniens nec disconveniens realiter, neque obiectiva. Si vero falsa est illa apprehensio, sequitur primo, quod non ab igne, sed a sua falsa estimatione cruciatur, quod est inconveniens, quia sicut nulla falsa opinio est beata, ita nullus est falsa opinio miser ex Augustino. Deinde vel falsa illa estimatio est a Deo, vel ab ipso Angelo, non primum, quia tunc Deus diceretur immediate causa talis deceptionis, neque secundum, quia Dionysius de divinis nominibus naturalia in eis sunt plenissima; ergo possunt apprehendere naturaliter ignem eius non esse disconvenientem. Denique iuxta hanc opinionem dicendum esset solum phantastica imaginatione spiritus ab igne torqueri qui aliter homo torquetur in somno ex apprehensione alicuius mali, quod imaginatur, at hoc plane non salvat modum loquendi scripturarum, & Patrum, nam Luc. 16. & Apocalyp. 14. ignis ille dicitur cruciatur, Matth. 3. comburere, & ad Theoph. 1. dare vindictam D. Greg. ignem illum appellat *non phantastica imaginatione, sed alicuius solidae cruciantem* D. August. loco citato cruciantem *veris modis* Cyrillus *veritatem*, & *contrematorem*, Cyprianus, & Julianianus *veritatem*, & *veritatem*, ac falsas tandem cap. 33. *ignem deorum*.

ARTICULUS SECUNDUS.

10. Quomodo ignis corporeus agere possit in spiritu.

11. Quomodo spiritus cruciatur ab igne per aliquid quem habitum receptivum passionis, affirmant aliqui dicentes Deum imprimere spiritibus, & animabus separatis qualitates, quae redduntur capaces igni ardoris formaliter cruciantis, ita Henricus quol. 8. q. 44. Sed hunc etiam dicendi modum refellit.

12. Neque rationes in oppositum urgent, ut l. c. dicebamus, non quidem prima ex auctoritate D. Gregorii deducta, etenim in illo eodem loco, ne videtur eo loquendi modo docere, sola apprehensionem ignem infernalem rebelles spiritus cruciatur, addit quod *anima non solum videnda, sed etiam experientia videnda* patitur. Neque secunda valet, quia ignis infernalis ex eodem D. Gregorio non phantastica imaginatione, sed solida alicuius cruciatur, neque exemplum Avicennae de somnio est ad rem, alioquin tormentum illa vera non esset, sed somnium, tum quia cum imaginatio sit potentia corporea, & sensitiva, neque in Angelo, neque in anima separata sunt imaginariae visiones, sicut in anima conjuncta somniant, & ad summum dici possent animam separata eo modo ab igne torqueri, quatenus cognoscit se ad corpus redituram post diem iudicii, & tunc vehementer passuram, a quo timore vehementer trahitur. Ad ultimum negatur consequentia, vel enim demon traheretur de igne apprehenso, ut proprie naturae disconveniens absolute, vel ex hypothese, non primo modo, siquidem talis error in intellectum angelicum cadere nequit circa naturalia plenissima, secundum vero modum sufficeret solum ad inducendam simplicem displicentiam de igne apprehenso, ut nocivo tantum ex hypothese, haec autem factis non est ad explicandam acerbitatissimam ignis poenam a scripturis, & Patribus insinuatam.

secundum effectum in passum receptivum non causato priori effectus; sic in Adamo quorundam objectorum causavit intellectum nulla praevia sensus cognitione; & cum B. Virgine Matre produxit corpus Christi Domini sine praevis formis disponentibus. Sic igitur in proposito poterit cum igne causare passionem intellectualem in creatura intellectuali; etiam non causet praevis passionem sensitivam, ac etiam eisdem rationis cum ea, vel ei omnino similem, quam patitur anima corpori conjuncta; non quidem in sensu asserto à primo dicendi modo jam refutato, sed tantum in hoc sensu, quod eum actio intentionalis à physica separari possit in igne, & hæc sola ad dolorem sufficit parandum, & cum dolor sensitivus, & tristitia voluntatis, quamvis sint in anima conjuncta connexi, tamen sint absolute separabiles poterit ignis sic Deo disponente per modum causæ instrumentalis causare in Angelo, vel anima separata absque praevia passione sensitiva solum passionem intellectivam, quæ dicitur tristitia, ac ita vehementem, & in eodem omnino gradu, quæ producti foret praevia passione sensitiva. Quando itaque Patres vocant ignem inferni urentem, cremantem, devorantem, sanè non in eo sensu intelligendi sunt, quasi ignis exerceret in spiritu actionem realem, & physicam urendi, calefaciendi quasi in illum imprimat corporeum, & calorem, & ardorem, cum ejus sit omnino incapax; & D. Greg. cit. aperte dicit, quod ex igne corporeo, & visibili, ardor trahitur invisibilis, & flamma incorporea ad cruciandos spiritus; sed tantum intelligendi sunt, quod innuere voluerint actionem intentionalem, adeo tamen vehementem, ut sit omnino similis illi, qualem habere solet in animam conjunctam, quando habet actionem realem adurendi corpus. Cum enim sola actio intentionalis sit sufficiens de se ad causandum dolorem in appetitu sensitivo, vel intellectivo, optima ratione dici potest tartareus ignis urere, ac devorare Demones, & animas, quatenus in eis talem causat dolorem, & tristitiam, ac adeo vehementem, qualem causare solet in sensu, vel anima conjuncta, cum corpus adurit, & in hoc sensu etiam loquitur D. Greg. cum ait animam separatam, non solum videndo, id est, per simplicem apprehensionem sed etiam experiendo, id est, per veram passionem in voluntate receptam incendium pati, id est taliter intrensam, qualem conjunctam pati solet, cum corpus adurit, ita dicitur in loc. c. ubi etiam art. 4. objectiones Suarez, & aliorum soluit, ac etiam apud Hiquem nostrum d. 44. cit. q. 2. in Commentario videri possunt, quas hic breviter causa omittimus.

ARTICULUS TERTIUS.

An, & quomodo ignis possit Judicium cruciabit corpora damnatorum.

Primò certum est, ac de fide post Judicium homines damnatos in Inferno etiam quoad corpora esse igne cruciandos. Ita Scotus d. 4. q. 3. D. Th. D. Bonav. ibidem; & alii communiter, & expressè deducitur ex pluribus Scripturæ locis superius relatis, ut ex Matth. 25. *Ita male dicti in ignem æternum qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus, & Isaac ult. ignis eorum non exstinguatur*, & aliis similibus, in quibus satis superque sacræ litteræ expriment damnatos relumptis corporibus infernali igne cruciari, unde dives ille in Inferno damnatus dicebat, *Crucior in hac flamma*, & sic etiam passim loquuntur patres, unde S. Cyprianus lib. ad Demetr. loquens de damnatis post judicium inquit, *Servabantur cum corporibus suis animæ infinitis cruciatis ad dolorem, & cremabit addictos ardens semper gehenna, & vivacibus flammis vorax poena; & D. August. serm. 181. de temp. Ignis hic, qui in præsentia vita est, absumit cuncta, quæ recipit; ille verò, quos semper suscepit, semper cruciat, & poenæ suæ integros servat, & lib. 21. de Civit. cap. 9. inquit; Post judicium poenæ animæ, & corporis in illo supplicio futuras esse, igne uri corpus, animam autem rodi quodammodo verne mæroris. Cassiodorus in Psal. 20. ait quod sententiam illam, *Ita male dicti in ignem æternum*, consequenter, ut perpetua flamma devorentur, & sic passim loquuntur alii Patres de hominibus in Inferno damnatis post judicium. Dices corpora damnatorum erunt incorruptibilia, ut Patres, & omnes Theologi docent; ergo etiam erunt impassibilia, impassibilitas enim incorruptibilitatem comitatur. Negantur consequentia cum ejus probatione, nam corpora damnatorum erunt utique impassibilia, ut impassibilitas excludit passionem naturæ alterativam, & corruptivam; erunt enim incorruptibilia, cujus incorruptibilitatis præcipua causa erit iustissima Dei voluntas, per quam corpora illa animabus suis perpetuo subiecta erunt, ut in sempiternum puniantur damnati quoad corpora, & animas, per quæ peccaverunt; sed quamvis futura sint impassibilia quoad passionem naturæ alterativam, & corruptivam; passibilia ta-*

men erunt per passionem animæ, ut vocant, hoc est per receptionem sensibilibus specierum caloris ignis illis corporibus improporionati, per quam specierum receptionem proprie sensitio ipsa. Itaque summum cruciatum, & dolorem sentient ab igne corpora damnatorum etiam cum ea sensatione, ac vehementi passione non erit conjuncta læsio, & alteratio physica, & naturalis proveniens à qualitate caloris, & ad corruptionem disponens, sicut nunc contingere solet, quando quis ab igne vehementer cruciatur.

Secundo, quamvis de hoc nulla sit difficultas quoad rem, est tamen circa modum, quomodo, scilicet, & ignis post judicium cruciabit homines corpore, & anima præditos, ac actione intentionali tantum, id est, per dolorem in appetitu sensitivo causatum, an etiam per realem revera corpus comburentem, licet non corruptentem. Scotus d. 44. cit. q. 3. §. *Ad questionem* inquit, quod ignis prædicti corpori corruptibili animato potest habere in illud duplex actionem, scilicet, realem, quæ est invocata, & intentionalem, quæ respectu illius est æquivoca, quia species sensibilis non est simpliciter eisdem speciei cum ipso obiecto; & ad propositum dicit; quod post judicium cum corpus hominis sit per se corruptibile, ignis prærens poterit habere in illo utramque actionem, quia non repugnat, & est ibi tam susceptivum, quam causa activa utriusque, & hæc est opinio communis Theologorum, ac SS. Patrum, ut patet ex testimoniis adductis, quibus addi potest Petrus Damianus ep. 2. ubi de igne Inferni sic loquitur. Ad cruciandos impios hoc præ ceteris elementum electum est, ut cum favilla deflens in quolibet membro vel ad momentum tolerari non possit, ulteriores flammæ miseros homines egredientes absorbeant, & inflexæ patens vorax gehenna concludat; & sic etiam loquitur S. Bonav. in Breviol. p. 7. cap. 6. *Affligentur autem etiam igne corpore, qui concremabit etiam corpora, nec tamen corpora illa consumant, huiusmodi autem afflictionis ignis coniuncta erit afflictio secundum omnes sensus; ergo post judicium respectu damnatorum duplex actio erit in igne, realis nimirum in corpore, & intentionalis in sensum. Confirm. quia ideo apud Patres, & Theologos tanta est difficultas in declarando quomodo ignis cruciat, quia ipsi corpore carent, unde patiuntur quidam dixerunt ignis alligatos esse corporibus aëris, ut in eis dolerent, & passionem ex igne salvarent, qui realiter agit in ea, ut conlat ex dictis art. præc. De cruciatu vero corporum damnatorum post judicium nullam profusè discutere movent, quia tunc inter agens, & patiens erit proprius; & sicut nunc ignis ideo aliquid cruciat, quia calorem in corpus inducit eius mixtionem, & complexionem improporionatam, ita etiam tunc erit cum hoc discrimine solum, quod nunc corpus corruptum, tunc autem non ex speciali ordinatione Dei ad maiorem damnatorum punitionem. Denique id etiam ratio ipsa suadet, quia post judicium corporibus relumptis aderit agens, & passum respectu utriusque actionis realis, & intentionalis; realis quidem, quia ignis est activus actione reali, quia combullit, & aptus sibi assimilare humana corpora introducendo in ea propria formam; ergo ita agit in ea post judicium urendo, & comburendo, quia intrinsecè corruptibilia erunt, & nisi Deus ea conser varet speciali miraculo, corrumpentur; aderit etiam tunc agens, & passum respectu actionis intentionalis, quia ignis de se est inductivus doloris in appetitu sensitivo, sicut ergo in via cum ignis corpora comburit, utramque actionem in ea exercet, ita etiam tunc exercet cum hoc discrimine solum, quod nunc corpora corruptum; tunc vero nequaquam ex speciali Dei ordinatione pro maiori damnatorum supplicio.*

Tertio subiungit Doctor vers. *Tertio dico* satis etiam probabile esse, quod damnati post judicium actione tantum intentionali, scilicet, per dolorem, non vero per ignefactionem corporum punientur, & cruciabantur; Hoc assertum à Doctore probatur, quia non sunt multiplicanda etiam sine necessitate, cum finis per necessaria attingi commodè possit; sed per solum actionem intentionalem sine reali potest haberi dolor, & afflictio sensibilis; ergo &c. minor probatur, quia afflictio, quæ oritur actione reali, non nisi per actionem intentionalem percipitur, in quantum per modum obiecti movet aliquem sensum, tunc quia licet alia immutatio realis concomitetur, quia dissolvitur organum à media proportione, in qua consistit, tamen sine illa actione effectus obiectum disconveniens sensum sequetur dolor, quia aliquando ubi est modica, vel nulla immutatio realis, est magnus dolor propter immutationem intentionalem sicut si manus fuerit excessivè frigidata ex contactu nivis, vel glaciæ, si statim appropinquet igni, est ibi vehemens dolor ab illo obiecto immutante, & tamen modica, vel nulla actio realis à calido in manu propter excellentiam contrarii, scilicet, frigoris in passu; ergo potest stare talis dolor sine reali immutatione sensus cum sola intentionali.

Con-

Confirmatur, nam obiectum visibile, vel audibile causat delectationem, vel dolorem in appetitu sensitivo absque reali immutatione organorum immutato solum intentionali potest sensibilis; ergo eodem modo dici potest in proposito de damnatis, quod absque actione reali ignitionis eorum corpora cruciet per solum actionem intentionalem appetitum sensitivum immutando. Præterea inquit Doctor circa damnatos congruam esse ita pauca miracula ponere sic possibile est, cum non sit verisimile, quòd Deus velit circa eos tunc multiplicare miracula ultra id, quod requiritur ad punitionem eorum iustam; sed ponendo actionem realem, & cum hoc, ut necesse est, intentionalem, plura miracula interveniunt, quam ponendo solum intentionalem, nam si realis etiam admittitur, scilicet, combussio, cum corpora sint intrinsecè corruptibilia, miraculum esset, quòd corpora illa comburentur, & non corrumpentur, cum ergo per solum immutationem intentionalem damnatorum iusta punitioni salvati possint, non sunt multiplicanda miracula sine necessitate. Tandem non minor est poena animæ damnatæ absque corpore, quam in corpore, quia anima damnatæ tantum mensuratur plagarum iuxta qualitatem delicti, tam quoad prænam sensus, quam damni, & secundum Div. Gregorium loc. cit. par est poena Damonum, & hominum; sed salvatur poena sensus in his, & animabus separatis per solum actionem intentionalem; ergo etiam poena animæ in corpore ex dolore carnis potest sic commode salvari per solum actionem intentionalem.

Quarto ulterius subdit Doctor vers. *Quarto dico*, non esse omnino certum, an ignis utraque actione reali, scilicet, atque intentionali cruciet damnatos, vel intentionali tantum, id est, quæ utramque defendi potest probabiliter; nulli enim certo fundamento alterutra sententia inniti potest. licet enim fides doceat damnatos post judicium etiam quoad corpora igne cruciandos esse, hoc tamen salvati potest, & per utramque actionem, sed etiam per solum intentionalem; atque ideo stante fidei dogmate neutra potest probatur assumptum, quia Deo possibile est utroquomodo agere puniendo damnatos in corporibus damnatorum, conservando tamen illa, ne dissolvantur, & corrumpantur; possit etiam igni ad hoc cogere, sed solum ad actionem intentionalem concurrere, quia ignis apprehendatur, ut illis disconveniens, & corporum mixtionem, & ita apprehensus causet dolorem; cum ergo ignotum sit, & nobis non revelaverit, quomodo sit adurus non habetur de alterutra sententia fidei certitudo, sed utraque probabiliter defendi potest, & sic patet quomodo corpora damnatorum post judicium ab igne patientur, vel intentionali tantum, vel intentionali & realiter simul, quia neutrum istorum est ratio cogens, nec auctoritas; & licet ad utrumque sequeretur dolor in appetitu sensitivo, & tantus dolor, quod sequeretur mors, & dissolutio corporis naturaliter, nam quam tamen moriturus, quia suspendit Deus actionem, vel passionem corruptivam ipsorum, ne umquam moriantur, vel corpora eorum dissolvantur, quia actio corruptiva, vel passio est naturaliter posterior illa immutatione, sive reali, sive intentionali, & essentialiter distincta, & sic per potentiam Dei prima fieri potest sine secunda iuxta illud Isaac: *Vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur*, & illud Apocal. *Desiderabunt mors, & fugiet mors ab eis*. Sed quamvis hæc omnia sint optime & probabiliter dicta, absolute tamen tenendum est ignem infernalem actione reali, & executivè damnatorum corpora calefacere, & ignere, & dolorem intensum iuxta peccatorum gravitatem, quantitatem efficere, & nihilominus Deum illa conservare, & non consumi, ita inquam, ab absolute tenendum est, quia sic hæc modus convenientior est sanctorum dictis, & ipsis Scripturæ ubique dicentis damnatos igne inferni esse cruciandos, ignis autem non cruciat, nisi actione reali prius calefaciendo utque ad gradum cum mixtione animalis incompossibilem, vel etiam ignefacendo, ut experientia constat, ita præsertim docet D. Bonav. d. 44. cit. p. 2. art. 3. ubi pluribus exemplis hanc veritatem probat, & ostendit, quomodo talis, & tantus cruciat, & passio corruptiva cum corporum conversatione consistere possit, & sic etiam plures Scotiæ defendunt, ut Bassol. d. 4. q. 1. art. 3. Franc. disp. 13. cit. art. 7. & alii, de quo rursus dicemus infra disp. seq. q. 3. ar. 2. n. 61.

Quintò tandem queritur an poenæ Inferni infligantur à Dæmonibus, tamquam divinis iustitiæ ministris. Negant aliqui dicentes demones solum, vel exprobandum hominibus sua peccata, vel alio modo accidentarim tantum eorum prænam posse augere, & quod defuerit etiam animas damnatorum ad infernum, & forte detinet eas ibi, ne moveantur. Ità Arriaga disp. 28. de Angelis sect. 2. ab initio cum quibusdam aliis. Alii verò communiter affirmare videntur, & sicut negant animas in Purgatorio Dæmonibus torqueri, tamquam divinis iustitiæ ministris, quia indecens omnino videretur Deum Dæmonibus uti tamquam ordinariis ministris ad amicos suos puniendos, ut diximus supra disp. 24. de Purgatorio q. 2. ar. 1. n. 24. ita ex opposita ratione affirmant damnatos in inferno, tamquam Dei inimicos à Dæmonibus torqueri, ut divinx iustitiæ ministris, & ita præsertim sentire videtur D. Bonav. d. 4. d. 20. p. 1. ar. 2. q. 1. ubi ait credendum esse, quod in egressu animæ a corpore adsunt, & spiritus bonus, & spiritus malus, unus, vel plures, & tunc secundum veritatem ferri sententiam, & si bona est, per ministerium boni Angeli, vel adducitur in Cælum, vel in Purgatorium, quousque postquam purgata fuerit, per eius ministerium educatur, ita quòd ipse solum sit deducitor, & non torcor; si verò sit mala per ministerium dæmonum deducitur ad infernum; & subdit probabiliter etiam esse, quòd per ipsos ibi torqueatur, alius enim est, qui punit filium, & alius qui punit latronem, filium enim punit dominus, vel tortor, sed latronem punit emissarius, vel tortor, sed demones sunt tortores, & iusti sunt sicut filii, mali verò, & iniusti, sicut latrones, sicut ergo conveniens non est iustos in Purgatorio ab illis puniri, ita è contrà conveniens est malos ab ipsis torqueri, ut divinx iustitiæ ministris. Ita dicitur in Iob: *Seraphicus Doctor* de punitione damnatorum in Inferno, & ita etiam passim discutiunt SS. Patres, unde D. Augustinus lib. de triplici habitaculo c. 2. explicans illud Job *De aquis transibunt ad calorem nivium* ait, ex his duobus, scilicet, ex frigore in tollerabili, & calore ignis inextinguibili plura alia poenæ poenarum genera, ut sunt litis intollerabilis, poenæ fetoris, poenæ horroris, poenæ timoris, poenæ angustiae, poenæ tenebrarum, severitatis tortoris, præsentia dæmonum, ferocitatis bestiarum, & crudelitatis ministrantium, quos innuit esse Demones. Petrus Damianus in epist. 2. Perpende, inquit, quale supplicium sit infatigabilibus subjacere inimicis, draconibus infernalibus interesse, in morte vivere, in ignibus habitare, &c. Rabanus lib. 3. in Ecclesiastic. c. 2. de poenis Inferni loquens inter alia hæc habet, bestias diabolicas atrocissimas sentiet se punire tortores, nec jam habet evasione, nulla requies ibi datur, &c. & plures alii Patres de poenis Inferni ita dicitur; satis ergo probabile est, poenas inferni hominibus damnatis à dæmonibus infligi, tamquam divinx iustitiæ ministris, & conformis sanctorum dictis, ac etiam Sacre Scripturæ hoc idem insinuantis.

Denique sicut disput. precedent. de Cælo, & Statu Beatorum diximus post diem Judicii universalis, & corporum resurrectionem, essentiali gloriæ augmentum non habituram, sed tantum gloriæ accidentalem, ita in presenti similiter de damnatis in inferno dicendum est, quòd eorum poenæ, & tristitia essentialis non augebitur, quamvis augeatur dolor propter passionem, & tormenta corporum, poenæ tamen accidentalis ex multitudine damnatorum augmentum suscipiet; unde in poenis inferni commune adagium locum non habet, quòd forasum est miseris focios habere poenam, ut Doctores communiter advertunt.

QUESTIO SECUNDA.

De gravitate poenarum infernalium.

Postquam de quantitate, & numero poenarum infernalium in præcedenti questione tractavimus, nunc in præsentia de earum qualitate, & gravitate discurrendum est, in qua materia inquit Dionys. Cart. de 4. Novissimis art. 36. considerandum esse in prius poenarum acerbitatem, & earum universalitatem, quia damnati in toto corpore, & in singulis membris affligentur, & similiter in tota anima, & in singulis viribus ejus; deinde considerandam esse earum æternitatem, quæ super omnia gravat, præmit, contristat, torqueat damnatos, ex qua consideratione oritur disperatio omnis boni; de his igitur duobus in præsentia discurremus.

ARTICULUS PRIMUS.

De earum intensione, & acerbitate.

Primò queritur, an poenæ damnatorum sit adeo gravis, ut cupiant non esse. Affirmant Doctores communiter, & præsertim Scotus d. 50. q. 2. §. *Ad secundam questionem*, ubi ait, quòd licet damnati magis deberent velle non esse quam in peccato permanere, tamen appetunt non esse, non propter culpam fugiendam, sunt enim oblitati, sed propter poenam, quam sustinent; & ratio est, quia non esse non est per se malum

Tt 3 aut

aut odibile, sicut enim non esse ab eterno non fuit malum, sic nec potest esse malum; sed poena, & miseria est simpliciter malum, & ideo simpliciter volenda quia est contra appetitum naturalem, & contra affectionem commodi, unde si daretur mihi optio, subdit Doctor ergo eligerem potius non esse simpliciter, quam in tali, & tanta miseria esse, quia non esse non est per se malum nisi tantum contradictorie, poena autem, & miseria est per se malum contrarie propter repugnantiam appetitus naturalis.

Confirmatur, quia damnati desiderant, quod esset eis magis bonum commodium, sed magis commodum ipsis esset non esse, quam in tali, & tanta poena esse juxta illud Matth. 26. Bonum erat illi, si non fuisset, & hoc etiam expressè habetur in Scriptura Apocalyp. 19. Desiderabunt homines mori, & mori fugiet ab eis. Denique in hac vita interdum, ut ipsa experientia docet, homines ob longè saeviores vexationes appetunt, & cupiunt non esse, & mori magis, quam vivere; ergo multò magis id desiderabunt damnati, quamvis inutiliter, quia semper erunt, vel inviti, unde hoc ipsum desiderium erit illis poena, vel supposita desperatione de consecutione ejus, quod cupiunt ex tali desiderio summa in eis tristitia consequetur. Ita etiam dicitur Rit. D. Bonaventura 4. d. 50. part. 1. art. 1. qu. 2. ubi ait, resolvetur in optione, omnino non esse, quam eternaliter torqueri, loquor de appetitu, qui refugit incommodum, hoc enim iudicat mens mea magis portabile, sicut decollationem magis, quam diuturnam ignis adulationem, verumtamen secundum appetitum honesti, quia cruciatus inquit spiritus est ad gloriam Dei, utique malle deberet ignibus subjacere ad continuum Dei laudem, quam per omnimodam corruptionem manum Dei esse; & ita ibi se Raphaelis Doctor. Dices, omnis appetitus est respectu boni; at non esse non est bonum; ergo non appetunt non esse. Respondetur, quod licet non esse non sit bonum aliquod positivum, & simpliciter, esset tamen illis bonum aliquod negativum, quatenus ab ipsis tolleretur miseriam, & tormenta, quæ patiuntur, quod eis esset valde bonum.

30 Secundo queritur, an poena damnatorum sit tanta, ut nec aliquam levem delectationem admittere possit. Quamvis poena damnatorum sit valde magna, tamen non esse tantam, quia aliquam saltem levem delectationem admittere possit, existimant Suarez. l. 8. de Angelis c. 15. Arriaga disp. 26. cit. sec. 9. & quidam alii D. Thom. & Alenssem pro se citantes, quod probant in primis ex Scriptura, ubi saepius dicitur inimicus gaudere, & exultare ex ruina nostra, ut patet ex illo Ps. 37. Nequando supergaudeat mihi inimici mei, idest Diaboli, ut communiter exponitur. Deinde probant ratione, quia habent odium Dei, & ardens desiderium nocendi homini viatori; ergo quando id consequuntur, possunt gaudere aliquo modo accidentaliter, quia appetunt offensam Dei, & ruinam nostram ex invidia. Unde Suarez loc. cit. asserit hoc gaudium in eis cessaturum adempta potestate homines tentandi ex quorum damno hoc gaudium idest, & ex odio in Deum. Oppositum tamen docet Scot. 4. d. 44. q. 2. §. De secundo, quem secuti sunt Ocham, Gabriel, cum alii Nominalibus, Vasquez, Bannes, Reipsa, Pensantius, Medina, Zamel, & alii Recent. quod tali ratione probat, sicut enim beatitudo formalis omnem tristitiam evacuat in beatis, ita miseria formalis, & finalis, omne gaudium excludit in damnatis, quia voluntas affecta extrema miseria, & tristitia qualiscumque delectationis redditur incapax, sicut enim in nullo ejus poena minuitur, sic etiam nullum delectabile, circa quod demon affectus est ipsi motum proportionatum in ea dispositione ad causandum in eo delectationem. Quod si dicatur Deum suspendere concursum ad dolorem, & tristitiam in Beato, ne ejus beatitudo diminuat, eodem modo de damnato dici poterit, ne ejus poena minuat. Confirm. ex Hiquo loc. cit. in Commentario, quia non magis nata sunt illa motiva, & apta ex natura rei inducere gaudium in Dæmonis voluntate, quam memoria peccati, & offensæ contra Deum commissæ inducere tristitiam in Beato; sed ex illa memoria, & displicentia peccati commissi non trahitur Beatus ob summam delectationem ex fruitione manentem; ergo neque etiam Dæmon habet gaudium ex maleficio in homines quamvis illud velit, cum hinc, & inde quoad hoc effectus eadem omnino currat paritas. Tandem in ordine ad passionem quantum ad modum agendi, & inclinationem appetitus rationalis, & sensitivus eodem modo se habent; sed in appetitu sensitivo dolor vehemens, & excessivus valde ita predominatur, ut nullatenus delectari possit, non solum de opposito, sed nec etiam de quocumque alio objecto, ut ipsa experientia docet, quod aliàs esset delectabile, si appetitus non fuisset impeditus dolore vehementi previo; ergo idem dicendum in proposito de appetitu rationali, ut fultus prosequitur Hiquo loc. c. Neque locus Scripturæ adductus oppositum convincit, etiam admittendo, quod per inimicos intelligantur

Diaboli, loquitur enim accommodare ad casum nostrum, sic enim passionem istam Deo quomodo & Beatis tribuere solet, ut quod tristetur de peccatis hominum, non quod in ipsis ea vera sint, sed quod inessent, si essent illarum capaces, quantum esset ex parte objecti. Nec etiam ratio docet, quia experimur nos ipsos aliqua, velle, quibus obentis nullam sentimus delectationem, unde tanto magis id Dæmonibus evenire potest, qui ex malignitate tantum, & invidia malum hominibus desiderant, & non quia in ipsis effectus obtento aliqua refertur delectatio, cujus sunt omnino incapaces, sicut Beati tristitiz, ne eorum poena minuat.

31 Tertio queritur, an poena damnatorum sit adeo magna, ut sit intensio infinita. Communis, & vera sententia est negativa, & ratio est evidens, quia in poenis eorum est inæqualitas, ut mox dicemus; ergo nulla est infinita, alias non esset in eis inæqualitas; tùm quia sicut gaudium Beatorum est finitum, ut disp. præced. dictum est, ita & damnatorum poena finita est, tum tandem quia infinitum categoricorum tam in quantitate, quam in qualitate etiam de potentia Dei absoluta repugnat, ut dictum est in lib. Phys. & ita præsertim docet Scot. 3. d. 19. q. un. ad 3. & 4. d. 50. q. 6. in fin. ubi ait poenam peccato mortali correspondentem non esse infinitam intensivè, sed extensivè tantum ideoque esse infinitam in duratione solum, non vero formaliter, si enim de poena damni loquamur, hæc formaliter, & immediata est privatio beatitudinis, quæ finita est; non Dei, si vero de poena sensus, hæc quoque est cruciatus in intensio finitus; & excessiva autem, vel gravitas culpe non debet attendi secundum quantitatem extensionis, sed intensivè; & peccatum non dicitur infinitum, nisi quia separatur ab infinito, non quia formaliter malitia sit infinita, quia talis, & tanta est, quanta est bonitas, quæ nata fuisset inesse illi ad usum, si secundum debitas circumstantias fuisset elicitus; hæc autem infinita fuisset; non ergo deberet peccato poena intensivè infinita, sed finita, imò poena peccato mortali debita nedum non est categoricè infinita intensivè, sed nec etiam finitè categoricè, sed finita, ut docet Hiquo 4. d. 50. q. 6. in fine contra Almainum tract. 3. Moralium cap. 29. qui dicit peccatum mortale ita dignum esse poena, ut quatenus finita, & possibilis data sit, adhuc majori dignum, & majori in infinitum finitè categoricè. Ratio est, & quia malitia peccati mortalis quantum ad averionem, & conversationem finita est, ut ex professo ostendimus lib. 2. c. de disp. 6. de peccatis, q. 5. & malitia conjunctive peccati non est tanta, quin possit dari major, ergo poena majori in ratione punitionis, ita commensuratur illi, ut non sit dignum majori poena, & majori in infinitum. Confirmatur, quia alia sequetur omnia peccata mortalia æquali poena puniri debere, nec major poena deberetur magis gravi, quam minus gravi, nam magis gravis major poena infligi nequit, quam infinita finitè categoricè, idest, non tanta, quin adhuc major jus infligi possit, tanta autem deberetur etiam minus gravi peccato juxta illam opinionem. Dices peccatum mortale quatenus poenam etiam infinitam excedere in ratione mali, quia est majus malum, quam ulla poena, ergo unicuique peccato infligi potest poena, quam tumvis magna. Confirmatur, quia poena quantumcumque magna non sufficit, ut quis satisfaciat pro peccato mortali; ergo poena ipsi debita non est finita, alioquin ea soluta satisficeret pro peccato, & hoc est fundamentum Almaini loc. cit.

32 Respondetur negando consequentiam, alias sequeretur, quod etiam poena peccato veniali debita non esset finita intensivè, quia quodcumque malum culpe etiam veniale est magis malum, quam sit poena, illud enim est malum morale, & demeritorium, poena autem est tantum malum incommodum, & in genere naturæ, quatenus natura affligit, vel aliquo bono privati ratio autem disparitatis est, quia malum peccati, & poena sunt, diversi ordinis, & speciei, & ideo licet poena in ratione mali nunquam culpe etiam veniali adæquari possit, potest tamen adæquari in ratione punitionis ejus, & depressionis peccatoris; & hoc modo infligi peccatum, & poenam intervenit proportio requisita per justitiam, ut tanta sint tormenta peccatoris, quantum in delictis fuit, ut bene dicitur Hiquo loc. cit. quæ quidem proportio infligi peccatum, & poenam a Domino taxata, & iustitia fuit quantum ad intentio nem, quando dicit Apoc. 18. quantum glorificavit se, & fuit in deliciis, tantum datur ei tormentum, & illud; & ratio talis proportionis est, quia poena peccato correspondens secundum iustitiam non debet habere rationem mali moralis, sed rationem mali incommodi modo iam explicato. Ad Confirmationem quaeritur si de antecedente, neganda est consequentia cum Hiquo loc. c. quia poena ordinata est præsertim damnatis, non in satisfaciendum, sed in satisfaciendum, & peccatoris punitionem tum quia, ut ait Pontius disp. 19. cit. quæst. 9. etiam si poena peccato mortali debita sit finita, quoad intentionem, tamen quia in perpetuum est duratura, nemo illam resolvere potest, & consequenter nullus pro peccato mortali

satisfacere poterit, unde ad summum probatur argumentum peccato deberi ex iustitia poenam infinitam, quoad extensionem, non autem quoad intentionem.

33 Quarto queritur, an poena damnati in omnibus damnatis sit æqualis. Prima opinio affirmat, etiam quia citantur Poladano, Durando, Capreolus, & alii, et etiam Balfolus ex nostris, cujus fundamentum est, quia poena damni essentialis damnatorum consistit in carentia Dei, sed hæc carentia non suscipit magis, & minus quia carentia significatur ab objecto, Deus autem magis, & minus non suscipit. Confirmatur, quia poena damni est privatio totalis beatificæ visionis. Sed privatio non suscipit magis, & minus; ergo neque inæqualitatem. Tandem quia damnati quantum boni amici non apprehendunt, cum eis notum non sit, qualis gradus beatitudinis actibus contrariis suis peccatis correspondet, & secundum la opinionem communior, & probabilior negat asserens poenam damni in damnatis esse inæqualem juxta demerita, ut præsertim Scotus 4. dist. 50. q. 6. §. Ad primam questionem, & ita ascendunt ad consequenter ad dicta disp. præced. de Beatitudine, sicut enim beati inæqualem habent beatitudinem juxta meritum inæqualitatem, ita damnati quoque inæqualem debent habere poenam damni juxta demeritum inæqualem, & sicut beatorum merita se habent in merendo majus, minusque primum, sic reproborum demerita in demerendo illud. Quomodo autem sit assignanda hæc inæqualitas bene declarat Hiquo loc. c. ex doctrina Scoti ibidem, quia qui gravius peccat, privat se majori rectitudine, & merito, ad que per legem vocatur, & que sunt media acquirenda gloriæ, & ex proinde etiam consequenter se privat gloriâ, quæ alias coram proderet hæc autem privatio non solum opponitur gloriæ secundum speciem, sed etiam secundum gradum perfectionis, ita ut sit tanta gloriæ, quanta exclusiva est per demerita subtrahit rectitudinem, quæ debet inesse, & secundum gradum rectitudinis, non solum in specie, sed etiam in individuo, voluntas enim debet inesse, & tunc ut operatur, operari secundum regulam præscriptam, cui opponitur peccatum, quod committit; hæc autem rectitudo, quæ hic, & nunc excluditur per malitiam oppositam, & debet inesse, & habet sibi commensuratum gloriæ gradum; & sicut peccatum opponitur dicitur nisi rectitudini, ita inducit damnatum gloriæ correspondens, quod consistit in privatione illius gloriæ commenturata ipsi in substantia, & gradu, & hoc modo crescit, & augetur privatio, quantum crescit in gradu ipsa gloriæ. Ita dicitur inquit ibi in Commentario, inæqualitas ergo poenæ damni essentialis hoc modo explicanda est, sicut etiam explicare solemus differentiam inæqualitatis inter eadem specie peccata, ut etiam dicitur, ut dictum est disp. 6. de peccatis.

34 Ex qua doctrina facile solvitur fundamentum prioris sententiz, poena enim damni non consistit in carentia Dei tantum, sed in carentia visionis, & fruitionis Dei; beatitudo enim consistit in visione, & fruitione Dei, ut dictum est disp. præced. quantumvis autem Deus magis, & minus non suscipiat, bene tamen ejus visio, & fructio, hæc autem loquuntur de bono formali, & consistente in actu, quo privatur poena damni, non de bono objectivo, unde ad summum argumentum probatur poena damni in damnatis ex parte objecti esse æqualem. Ad Confirmationem negatur minor, quia privatio in specie in ratione damni tanto major est, quanto forma est perfectior, quia privatur, ut patet de differentia inæqualitatis peccatorum, quorum unum est majus alio, quantum majori rectitudine privatur, unde in proposito de poena damni, quæ in privatione beatitudinis consistit, non solum privatio attendi debet secundum rationem, seu oppositionem in specie, sed etiam oppositionem in individuo, quia privatio visionis, & fruitionis commensurata rectitudini, quia hic, & nunc peccatum privatur, & quæ est damnatum, quod per peccatum incurritur, unde damnatus peccando privatur se gloria in gradu proportionato illi meritis quorum debitis erat voluntas in ordine ad gloriam acquirendam in eadem proportione. Ad ultimum negatur assumptum, quia damnati in panam reflectunt ad quantitates, & qualitates peccatorum eorum illorum juxta illud Sap. 5. Verbumque de vinis veritatis, ambulavit in viis difficultatis, & pariter recordantur, quod Deus reddidit unicuique juxta opera sua, & quod nihil remuneratum relinquit & sicut majora maioribus esse preparata, & minora minoribus juxta meritum proportionem.

35 Quinto queritur, an poena sensus in omnibus damnatis sit æqualis, quæ quidem poena, ut patet ex superioribus dictis est dolor positivus, sive tristitia, quam damnati sustinent, sive sit spiritualis, sive corporalis, quam omnino affirmat, & præsertim Scotus loc. c. ubi ait poenam sensus in damnatis esse inæqualem juxta inæqualitatem corporum, quod etiam antea docuerat. dist. 44. q. 2. in solutione primi argumenti de æqualitate poenarum in spiritibus, qui per tristitiam cruciantur, & pro-

bat, quia ubi est gravior culpa, ibi est gravior poena juxta illud Redde unicuique juxta opera sua, certum autem est, quod in damnatis non est æqualitas culpæ; & ita passim discurrunt SS. Patres, & præsertim D. Aug. lib. 21. de Civitate, cap. 16. in fine, ubi ait: Nequaquam negandum est etiam ipsum æternum ignem pro diversitate demeritorum alius leviorum, alius futurum esse graviores, & lib. 4. de Baptismo, contra Donat. cap. 15. Nec dubitandum est, ipsas poenas, quibus damnati cruciantur pro diversitate criminum esse diversas, & alias aliis atrociores, & ex illo igne diversa possunt distribui pro crimium diversitate supplicia: & lib. de unitate sacculi cap. 3. juxta qualitatem culpe poenam unicuique sustinebit gehenna. Ita etiam Divus Gregorius lib. 9. Moral. cap. 47. ubi diffusè docet ordinem tormentorum in Inferno pro qualitate culpæ esse servandum, & concludit, quod sicut in domo Patris, mansiones multe sunt pro diversitate virtutum, sic damnatos diverso supplicio gehennæ ignibus subicit disparitas criminum; & ita passim alii Patres discurrunt. Dices, idem ignis erit afflictivus omnium, ignis autem cum sit agens naturale ager in quolibet secundum ultimam potentiam suam, & sic equaliter. Respondet Doctor negando consequentiam, quia inæqualitas non est accipienda ex parte ignis præcisè, sed ex inæqualitate demeritorum, & Dei cooperantis igni ad maiorem afflictionem secundum existentiam majoris culpæ. Adde tandem Doctor ibidem, idem quoque dicendum esse de poena vermis, hæc enim erit quædam tristitia, & continuus conscientiz remorsus, ut supra dictum est, & ita poena erit inæqualis, sicut tristitia, quia nolens illa mala pati, est eis inæqualis, sicut enim habebunt remorsum majorem, vel minorem secundum proportionem culpæ, sicut de peccato graviori infligitur eis gravior poena.

36 Postremo queritur, unde hæc poenarum diversitas in damnatis oritur. Dicendum est ex triplici capite deducendam esse, nimirum ex inæqualitate demeritorum, effective a Deo, ut a causa principali, & instrumentaliter ab ipsis tormentis magis, minusque afflictivis, ita Scotus dist. 44. q. 2. N. & quidem quod hæc poenarum diversitas merito oritur ex diversitate culpæ patet, ex modo dictis. Quod vero effective sit a Deo, ut a causa principali probat Doctor, quia tormenta Inferni sunt agentia naturalia, non libera, quæ ad Dei nutum influunt, & juxta ejus dispositionem, unde eorum concursus a Deo moderatur, & disponitur ad magis vel minus torquendum, non enim alia causa assignari potest temperans eorum naturalem, ac vehementem influxum, & ita deducitur ex verbis Apocal. 18. ubi ita præcipitur a Domino: Reddite illi, sicut ipse reddidit vobis, & dupliciter duplicem secundum opera ejus, & quantum glorificavit se, & fuit in deliciis, tantum datur ei tormentum, & illud, quibus verbis innuitur diversitatem tormentorum in Inferno esse a Deo effective, ut a causa principali; unde etiam Balfolus nosse 4. dist. 50. q. 2. art. 3. in fine inquit quod dolor ignis, ejusque inæqualitas accipienda est ex inæqualitate demeritorum, & ex causa effective affligente, & magis principaliter ex Deo, non ex igne ipso, nam ignis quantum est ex se uniformiter ageret, & affligeret æqualiter dispositos corporaliter, & sibi approximatos; sed Deus facit totam deformationem, nam cooperatur, & cogitat ipsi igni ad majorem afflictionem, & fortio rem in mutationem, vel minorem secundum exigentiam culpæ majorem, vel minorem, & subdit, quod si forte ignis non possit in tantam, & ita vehementem immutationem, quantum exigit culpa, dicendum esse, quod ignis cooperatur Deo ad illum gradum; in quem naturaliter potest, & Deus per se ipsum immediate supplet ulteriorem gradum, quod etiam approbat ex nostris Nicolaus de Nisse tract. 7. p. 3. pro. 2. qu. 13. in fine. Denique quod talis poenarum diversitas, & inæqualitas oritur etiam instrumentaliter ab ipsis tormentis inferni magis, vel minus afflictivis probat Brancatus nosse disp. 13. cit. art. 9. in fine ex D. Augustino lib. 21. de Civitate Dei cap. 16. cit. ubi sic loquitur: Nequaquam negandum est etiam ipsum æternum ignem pro diversitate demeritorum alius leviorum, alius futurum esse graviores, sive ipsius vis, atque ardor pro poena digna cuiusque varietur, sive ipse equaliter ardeat, sed non equali molestia sentiatur: neque enim potest ardere dici, nam quod quis ardeat, alius, non formaliter a causa ardorem faciente provenit, ergo tali poenarum diversitas instrumentaliter etiam ab ipsis tormentis provenit magis, vel minus afflictivis.

ARTICULUS SECUNDUS.

De eorum extentione, & duratione.

Primo queritur, an pena damnatorum in Inferno sit infinita saltem extensivè, id est in aeternum durans. Circa hoc punctum varii fuerunt antiquorum errores; aliqui enim absolute negabant aeternitatem poenae in damnatis, qualis fuit error, qui dicitur Origenis, vel potius ut alii volunt, Origenistarum; qui hunc errorem induxerunt. Alii dicebant poenas Principum, & Tyrannorum fore perpetuas, non aliorum juxta illud *Poenae poterunt committi a parientibus*. Alii dicebant poenas eorum, qui ante Christi adventum fuerunt, desisse, quia Christus ad infernos descendens eos liberavit. Alii tandem intermissionem poenarum pro aliquo temporis spatio admittebant. Sed omnes hi errores sunt, & ex Scriptura, & Patribus convincuntur, qui universaliter, & sine limitatione loquuntur, unde haec est veritas fidei poenam inferni pro omnibus damnatis aeternam esse, definita fuit in 6. Synodo Act. 11. in Lateranensi Concilio sub Innocentio Tertio cap. 8. r. miter; & eam supponit Trident. sess. 6. cap. 14. & 15. & sess. 14. c. 8. & ita expresse deducitur ex pluribus Scripturae locis tam veteris, tum novi testamenti Deuter. 32. Judith. 16. Job. 7. Psal. 10. Proverb. 10. Isaia. 12. Matt. 3. & 25. Marci 9. 1. Ad Thessal. 2. Petri. 2. Apocalyp. 14. 18. & 19. & alibi frequenter, quae testimonium singillatim ducit Coccicus de 4. novissimis lib. 10. art. 8. Bellarminus Branc. noster disp. 132. art. 22. & alii passim, sic etiam loquuntur omnes Ecclesiae Patres ab eodem adducti, & praesertim D. Augustinus ad Orosium contra Ruffinum, cap. 6. ubi disputans contra Origenem utitur dicto Matt. 25. *ibis hi in ignem aeternum*, &c. & concludit, quod qualisvis poena significata sit homine ignis, & vermis, certe si non morietur, nec exstinguetur sine fine praedicta est, nec aliud agebat Propheta cum hoc diceret, nisi eam sine fine praediceret, & lib. 1. de Civit. Dei c. 17. dicens illos, qui dicebant aliquorum hominum poenas futuras esse temporales, aliorum aeternas ait, quod profecto misericordior fuit Origenes, qui & ipsum Diabolum, atque Angelos ejus ex illis cruciatibus eruendos dixit, cujus doctrinam sancta regnavit Ecclesia. Et in Enchirid. capit. 111. solvens fundamentum Origenistarum, quod erat illud Psal. 76. *Non enim oblitiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordiam suam* ait intelligi sine serupulo de vasis misericordiae, id est de salvandis, quia illi non pro meritis suis, sed deo miserante de miseria liberantur. Vel si de damnatis velis etiam intelligi, dicendum, quod in ira sua non continet Deus misericordias suas cum reus, nisi usque, quam merentur puniri, & norandum, inquit, est quod non dicit *Inter tram suam*, & sed quod in ira sua perseverante non continet misericordias, quoniam eam quoque in damnatorum punitione manifestat ut infra patebit. Demum omnes Scholastici hoc idem docent cum Magistro 4. dist. 49. ubi D. Th. dicitur. Albertus magnus, Scotus, & alii passim.

Secundo queritur, quare culpa mortalis temporalis aeterna poena puniatur, Aliqui, ut refert Scotus 4. d. 46. q. 4. in solutione secundi principalis, dixerunt ideo peccatum inale damnati poena aeterna puniri, quia praevius est, quod si perpetuo vixisset, perpetuo peccasset, quae opinio tribuitur D. Greg. 1. 3. c. 7. quem ibi citat Doctor; sed re vera potius exaggerative loquitur ibi Gregorius, quam Scholastice, improbus peccatoris oblationem, & pronitatem ad semper peccandum, ut Branc. noster advertit disp. 132. cit. a. 13. aeternitas enim poenae peccato mortali actuali non correspondet ex praedicta causa, quia scilicet peccator praevideat semper peccaturus si vixisset, quia ut inquit Doctor aliquis peccat cum proposito poenitendi; ergo nec explicitè, nec implicitè in voto perpetuo peccat; tum quia bona opera, quae aliqua conditione supposita praevidentur futura, non praemiuntur, nam praevideat Christus dominus Matth. 11. quod si in Tyro, & Sidone facta fuissent miracula, quae facta sunt in Corosaim, & Bethsaida; in cinere, & cilicio poenitentiam egissent, & tamen haec voluntas non praemiuntur; ergo neque mala eodem modo praevia puniuntur ad Deo. Quare subdit Doctor, ideo poenam infinitam duratione correspondere culpa instantaneae, vel temporali mortali, quia haec in damnatis in aeternum durat, quod etiam tenet D. Thomas p. 2. quae. 87. art. 4. ad 3. & sequuntur Vasquez, Medina, Sayrus, Zumei, & Bellarminus, Herrera, & plures alii, unde infinita poenae duratio non correspondet peccato mortali ex propria natura (inquit Doctor) siquidem potest Deus poenam aliquam infligere, quae si tantum duraret per momentum, sufficienter peccatum puniret, sed hoc accidit ex ordinatione divina sic disponente, quia enim culpa, & peccatum durat in obliata damnatorum voluntate, ideo et poena durat, quod probat Doct. ex Augusti-

no de fide ad Petrum circa medium dicente: *Permanente in his injuria afflictionis malo, permansit in eis iuste retribuitio damnatio*. Aliam etiam insinuat Doctor congruitatem poenitentie poenae, & est quia maxime expedit, ut peccata gravia, velut sunt mortalia, vitentur, ad hoc autem necesse fuit, vel saltem congruam poenam aeternam imponere, si enim esset spes finis poenae, non multum de illa homines curarent.

Sed insinat Coninchius disp. 10. de poenit. dub. 1. rationem perpetuae malae voluntatis in damnatis perseverantis esse non posse causam aeternitatis poenae, quia damnati actu non demerentur peccando, vel non poenitendo, dum non possunt, neque propter illam malam voluntatem in eis perseverantem puniuntur; sed propter peccata in hac vita commissa; sed hanc instantiam jam exclusimus lib. 2. sent. disp. 6. de peccatis q. 7. art. 2. nu. 196. quia nec Scotus, nec Augustinus dixerunt damnatos puniri poena aeterna, & infinita, quia actu demerentur, postquam in aeterno, neque quod actu puniantur propter illam malam voluntatem, sed quia fuerunt in causa, ut quantum esset ex seipso, in tali statu semper permaneret; unde duratio illa in aeternum est voluntaria in causa, dum voluntarie decesserunt in tali statu, in quo poenitentiam agere non possent, ideo proportione servata etiam poena est in aeternum duraturus quod Doctor explicat exemplo de servo in foveam prociatente, a quo non possit, nisi Domini auxilio exire, unde quantum est ex se habuit voluntatem interitum manendi semper in tali statu; hoc enim contingit itere, qui non agit poenitentiam viator, quando potest, & debitur inde ratio ad ducta verificatur, in hoc, quod talis perpetuo peccat vel actualiter, vel habitualiter, & in terpretative manens in peccato vel in poenitentia, & exponens se perpetuati peccati. Hec tamen Scoti doctrina ex D. Augustino desumpta, ut advertit Hiquius ibidem in Commentario potius dat congruitatem, cur ita statutum sit, quam propriam causam assignet, cur poena aeterna peccato temporali correspondet; hujus enim perpetuitas propria ratio, & causa est lex universalis vindictae, & iusta; quae peccatum hujus tali lege prohibuit, ut etiam respondet Augustinus lib. 1. de fide contra Manich. cap. 18. & sic etiam iustus retribuitur pro merito temporali aeternum poenam; & utriusque aeternitas in Scriptura exaggeratur per modum retributionis bonorum, & malorum Ratio itaque Scotiae Augustino desumpta congruitatem assignat legis statuta ex demerito peccatoris Deum offendentis, & graviter ejus legem contemnentis, quod ducit in vitam aeternam, quia hoc ipso, quod peccat; neque deinceps poenitentiam, dum tempus constituitur, perpetuo peccatum afficit, pro quo sicut nulla est satisfactio possibilis in termino, ita etiam juste poenam incurrit aeternam ex lege statutam, ut adhuc magis patebit ex modo dicendis.

Tertio queritur, quomodo poena aeterna culpa temporali, & instantanea proportionetur; & ratio dubitandi est, quia poena aeternitas peccato mortali non correspondet ex natura rei, sed tantum ex ordinatione divina, ut dictum est, unde potest peccatum mortale sufficere, & adaequari finito tempore puniri, spectata ejus natura intrinseca; & consequenter aeternitas in Inferno demeretur, quia exigeret Deus solutionem majorem debito, quam instantiam urget etiam Coninchius loc. c. contra doct. inam altam de causa gratitatis poenae damnatorum. Pro resolutione dicendum est poenam aeternam culpa temporali, & instantanea esse proportionatam, & iuste potuisse Deum taxare, sicut de facto taxavit, ut qui in peccato mortali ex hac vita decederet, perpetuo in poenitentiam remaneret, & consequenter aeterno dono perpetuo privatus, & aeterno malo perpetuo addictus, & ratio est, quia proportio poenae ad culpam attendi non debet ex delectatione, & duratione ejus, sed ab objecto, & sine a quo quis avertitur, statuit autem Deus, ut ab ultimo sine se avertit, quia avertitur, illat utem Deus, ut qui ab ultimo sine se avertit, aeternam illi careat, & pari poena puniatur. Quod autem talis lex iusta sit, & honesta probat Doctor loc. cit. ex August. lib. 21. de Civ. Dei, c. 11. ubi ex professo querit, quomodo in Dei Civitate iustitia exercetur, & poena aeterna peccatis taxata sit eis proportionata, cum pro peccato momento aeterna poena puniatur, & talem proportionem, adaequatem probat ex legibus humanis, & ex paritate poenarum a Republica infligendarum, nam secundum civilem iustitiam qui contra Rempublicam peccat, societate Reipublice privatur omnino vel per mortem, vel per exilium perpetuum, nec attenditur quantum fuerit temporis mora in peccando, sed contra quid peccaverit adem est aem comparatio totius vitae praesentis ad Rempublicam terrenam, & totius aeternitatis finem civitatem Dei, & Beatitudinis ergo qui contra ultimum finem peccavit, & contra charitatem, per quam est societas Beatitudinis, est aliqua brevi mora peccaverit, adhuc in aeternum puniri debet, & ideo in hoc puncto dicitur D. Thom. libro 3.

Quaestio III. Articulus I. ad hanc proportionem declarandam aeternitatis poenae cum culpa temporali. Quae etiam suaderi potest exemplo de servo in foveam prociatente allato a Scoto, qui enim voluntarie se in foveam precipitat, de qua per se evadere non potest, nisi ejus auxilio, quem actu offendit, iuste ab eo in ea delinquatur; cum ergo damnatus peccatum ante mortem retractare poterit, & non retractaverit, iuste poena aeterna per legem comminata punietur.

Ratio tandem hoc etiam suadet, quia aequum, & iustum est pro contemptu, & offensa boni infiniti stabilita sit poena extensivè infinita, & ut qui bonum aeternum voluntarie amittit, & ipsevit pro momentanea, & transitoria delectatione, malum quoque aeternum, & poenam aeternam consequatur; ut enim dicitur idem Aug. lib. 21. de Civitate Dei. *Quanto magis homo servatur Deo, tanto majori impietate Deum deliquit, & falsus est malo dignus aeterno, qui hoc in se permisit, bonum quod esse possit aeternum: rationabiliter ergo, & proportionate peccato temporali, & transitorio poena correspondet aeterna ex ordinatione divina. Ad rationem dubitandi jam responsum est disp. 9. cit. q. 7. concessio antecedente negando consequentia, quia namque peccatum perpetuo in peccatore durat modo jam explicato, hinc iuste etiam in eo durat poena, unde non tam peccatum in se, quam ejus continuata duratio puniuntur in aeternum, & quidem iuste, iustum enim est, inquit August. cit. quod quomodo durat culpa, quae fuit voluntaria in causa, duret etiam poena; ratio igitur, quare aeternitas poenae proportionata sit peccato non retractato, quia persona peccans, & peccatum ejus perpetuo durat, nam respectu aeternae vitae civilis in Republica aliqua culpa adeo gravis est ut totalem exclusionem ab illa vita civili mereatur, accidit autem, quod ejus extensio sit finita, & non perpetua, quia nimirum vita finita est, sic in proposito culpa mortalis totalem exclusionem meretur ab illa civitate superna, sed ideo praesens perpetua est illa Doct. l. c. quia vita cum culpa est perpetua. Quod autem adhuc dicitur culpam puniri citra condignum, inquit ibidem, non attendi debere ex poena extensio, sed intentione, quatenus culpa licet in aeternum puniatur, adhuc tamen non sit extensivè puniuntur, quantum meretur. Et ita etiam hanc difficultatem resolvit Scholasticus loc. c. ubi querens, quomodo illa poena aeternitas iuste correspondeat culpa instantanea, ait secundum Doctorem dicendum esse, quod per se necessario non correspondet illa aeternitas, quia iuste puniri potest poena temporali, sicut & merita praemiarum temporali; iuste tamen puniuntur culpa illa aeterna poena, praesertim Deo pacto de praemiando aeternam servantes perseverant eius mandata, & puniuntur aeterniter violantes ea. Quod si tantum decrevisset iuste retribuire his, & illis praemiaris, & demeritis, posset iuste illi praestare sine aeternitate retributionis, quod etiam significat Doctor infra d. 49. q. 6. art. 2. ubi ait aeternitatem beatitudinis cadere sub praemium iustitiae liberalis ex suppositione, scilicet, dicti pacti Dei de sic praemiando, & idem est in proposito de puniendo, quod adhuc magis patebit q. seq. art. 1. supposita namque ordinatione praemiandi iustitiae extensivè bonum iustitiam, iuste quoque infinite eodem modo puniuntur finitum malum; & sic licet absolute loquendo sufficeret poena temporalis pro culpa, tamen respective ex suppositione praemii iustitiae, pro bono infinito, iuste puniuntur poena aeterna, & quod peccatum mortale aeternam poenam meretur ex sola ordinatione divina docet etiam Suarez tract. 5. disp. 7. sec. 7. cum pluribus aliis Recentioribus.*

Secundo tandem queritur, an ex poena aeternitate infinitas culpa mortalis bene deducatur. Affirmant plures Thomistae, quae opinio D. Thomae tribuitur p. 2. q. 87. art. 4. & p. 1. q. 1. art. 2. ubi Caietanus, Medina, Alvarez, Navarrus, Cornesio, & plures alii, quorum fundamentum est, quia gravitas poenae culpa gravitate offendit, & offensa ex poena ipsi debita colligitur, quam sit gravis, sed culpa mortalis puniuntur poena infinita, quae in aeternum duret, & q. 87. & ceterum multum peccatum in ratione offensa includere infinitam malitiam simpliciter intrinsece, & formaliter, sed tantum secundum quid late non stravitum, disp. 6. cit. de peccatis qu. 7. cum Scoto, & omnibus Scotistis 2. dist. 38. q. 1. & 3. dist. 19. ad 1. & d. 30. s. Contra; & praesertim quod talis infinitas peccati ex poena debite infinitate deduci non potest, offendimus ibidem art. 2. in solutione objectionis tertiae num. 197. & seq. & ex praeteritis ratione, quia si propter malitiam infinitatem corresponderet peccato mortali poena infinita in extensio, non servaretur proportio inter poenam, & culpam deberet etiam puniri culpa infinita secundum intentionem, & non tantum poena infinita secundum durationem. Imo argumentum est validum, ut ibi dicebamus, & probaretur a pari actum meritorium esse infiniti valoris, quia praemium sibi correspondens, scilicet, beatitudo est extensivè infinitum; & ideo verum est, quod aiebat Doctor proportionem

inter culpam, & poenam, ac inter meritum, & praemium non poenae extensio poenae, vel praemii debere attendi, sed tantum poenae intentionem. Hinc ad rationem in oppositum iam diximus ubi cum Doctore 3. dist. 19. q. un. ad 3. & d. 4. q. 40. qu. 6. in fine, poenam peccato mortali correspondente non esse infinitam intentione, sed extensivè tantum, ideoque esse infinitam in duratione solum, non vero formaliter; si enim de poena damnati loquamur, haec formaliter, & immediate est privatio beatitudinis, non Dei; si vero de poena sentis, haec quoque est privatio in intentione finitum; excessus autem vel gravitas culpe non debet attendi secundum quantitatem extensionis, sed intentionis, quia per se culpa correspondet poenae secundum intentionem juxta iustitiae distributionem.

QUESTIO TERTIA.

De in punitione damnatorum Deus utatur iustitia, & misericordia.

Scotus in 4. sent. d. 44. postquam per plures quaestiones demonstravit iustitiam, & misericordiam in Deo reperiri, in qu. 4. offendit tandem in damnatorum punitione utramque d. 40. exerceri. Nos autem quomodo, & qualis iustitia inter Deum, & creaturam intercedere possit, jam ex professo declaravimus lib. 3. sentent. disp. 3. de merito Christi q. 5. & quomodo etiam misericordia sit in Deo admittenda erga creaturas, hic breviter discursurus, ac pateat tandem, quomodo etiam utramque erga damnatos in Inferno exerceat.

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo manifestetur iustitia in punitione damnatorum.

Secundo, quamvis de hoc nulla sit difficultas quoad rem, est tamen circa modum, quomodo, scilicet, & ignis post judicium cruciabit homines corpore, & anima præditos, ac actione intentionali tantum, id est, per dolorem in appetitu sensitivo causatum, an etiam per realem revera corpus comburentem, licet non corruptentem. Scotus d. 44. cit. q. 3. §. *Ad questionem* inquit, quod ignis prædicti corpori corruptibili animato potest habere in illud duplex actionem, scilicet, realem, quæ est invocata, & intentionalem, quæ respectu illius est æquivoca, quia species sensibilis non est simpliciter eisdem speciei cum ipso obiecto; & ad propositum dicit; quod post judicium cum corpus hominis sit per se corruptibile, ignis prærens poterit habere in illo utramque actionem, quia non repugnat, & est ibi tam susceptivum, quam causa activa utriusque, & hæc est opinio communis Theologorum, ac SS. Patrum, ut patet ex testimoniis adductis, quibus addi potest Petrus Damianus ep. 2. ubi de igne Inferni sic loquitur. Ad cruciandos impios hoc præ ceteris elementum electum est, ut cum favilla deflens in quolibet membro vel ad momentum tolerari non possit, ulteriores flammæ miseros homines egredientes absorbeant, & inflexæ patens vorax gehenna concludat; & sic etiam loquitur S. Bonav. in Brevisloq. p. 7. cap. 6. *Affligentur autem etiam igne corpore, qui concremabit etiam corpora, nec tamen corpora illa consumant, huiusmodi autem afflictionis ignis coniuncta erit afflictio secundum omnes sensus; ergo post judicium respectu damnatorum duplex actio erit in igne, realis nimirum in corpore, & intentionalis in sensum. Confirm. quia ideo apud Patres, & Theologos tanta est difficultas in declarando quomodo ignis cruciat, quia ipsi corpore carent, unde patiuntur quidam dixerunt ignis alligatos esse corporibus aëris, ut in eis dolerent, & passionem ex igne salvarent, qui realiter agit in ea, ut conlat ex dictis art. præc. De cruciatu vero corporum damnatorum post judicium nullam profusè discutere movent, quia tunc inter agens, & patiens erit proprius; & sicut nunc ignis ideo aliquid cruciat, quia calorem in corpus inducit eius mixtionem, & complexionem improporionatam, ita etiam tunc erit cum hoc discrimine solum, quod nunc corpus corruptit, tunc autem non ex speciali ordinatione Dei ad maiorem damnatorum punitionem. Denique id etiam ratio ipsa suadet, quia post judicium corporibus relumptis aderit agens, & passum respectu utriusque actionis realis, & intentionalis; realis quidem, quia ignis est activus actione reali, quia combullit, & aptus sibi assimilare humana corpora introducendo in ea propria formam; ergo ita agit in ea post judicium urendo, & comburendo, quia intrinsecè corruptibilia erunt, & nisi Deus ea conservaret speciali miraculo, corrumpentur; aderit etiam tunc agens, & passum respectu actionis intentionalis, quia ignis de se est inductivus doloris in appetitu sensitivo, sicut ergo in via cum ignis corpora comburit, utramque actionem in ea exerceat, ita etiam tunc exercabit cum hoc discrimine solum, quod nunc corpora corruptit; tunc vero nequaquam ex speciali Dei ordinatione pro maiori damnatorum supplicio.*

Tertio subiungit Doctor vers. *Tertio dico* satis etiam probabile esse, quod damnati post judicium actione tantum intentionali, scilicet, per dolorem, non vero per ignefactionem corporum punientur, & cruciabantur; Hoc assertum à Doctore probatur, quia non sunt multiplicanda etiam sine necessitate, cum finis per necessaria attingi commodè possit; sed per solum actionem intentionalem sine reali potest haberi dolor, & afflictio sensibilis; ergo &c. minor probatur, quia afflictio, quæ oritur actione reali, non nisi per actionem intentionalem percipitur, in quantum per modum obiecti movet aliquem sensum, tunc quia licet alia immutatio realis concomitetur, quia dissolvitur organum à media proportione, in qua consistit, tamen sine illa actione effectus obiectum disconveniens sensum sequetur dolor, quia aliquando ubi est modica, vel nulla immutatio realis, est magnus dolor propter immutationem intentionalem sicut si manus fuerit excessivè frigidata ex contactu nivis, vel glaciæ, si statim appropinquet igni, est ibi vehemens dolor ab illo obiecto immutante, & tamen modica, vel nulla actio realis à calido in manu propter excellentiam contrarii, scilicet, frigoris in passu; ergo potest stare talis dolor sine reali immutatione sensus cum sola intentionali.

Con-

Confirmatur, nam obiectum visibile, vel audibile causat delectationem, vel dolorem in appetitu sensitivo absque reali immutatione organorum immutato solum intentionali potest sensibilis; ergo eodem modo dici potest in proposito de damnatis, quod absque actione reali ignitionis eorum corpora cruciet per solum actionem intentionalem appetitum sensitivum immutando. Præterea inquit Doctor circa damnatos congruam esse ita paucis miracula ponere sic possibile est, cum non sit verisimile, quod Deus velit circa eos tunc multiplicare miracula ultra id, quod requiritur ad punitionem eorum iustam; sed ponendo actionem realem, & cum hoc, ut necesse est, intentionalem, plura miracula interveniunt, quam ponendo solum intentionalem, nam si realis etiam admittitur, scilicet, combussio, cum corpora sint intrinsecè corruptibilia, miraculum esset, quod corpora illa comburentur, & non corrupterentur, cum ergo per solum immutationem intentionalem damnatorum iusta punitioni salvari possit, non sunt multiplicanda miracula sine necessitate. Tandem non minor est poena animæ damnate absque corpore, quam in corpore, quia anima damnata necesse mensuram plagarum iuxta qualitatem delicti, tam quoad prænam sensus, quam damni, & secundum Div. Gregorium loc. cit. par est poena Damonum, & hominum; sed salvatur poena sensus in his, & animabus separatis per solum actionem intentionalem; ergo etiam poena animæ in corpore ex dolore carnis potest sic commode salvari per solum actionem intentionalem.

Quarto ulterius subdit Doctor vers. *Quarto dico*, non esse omnino certum, an ignis utraque actione reali, scilicet, atque intentionali cruciet damnatos, vel intentionali tantum, id est, quæ utramque defendi potest probabiliter; nulli enim certo fundamento alterutra sententia inniti potest. licet enim fides doceat damnatos post judicium etiam quoad corpora igne cruciandos esse, hoc tamen salvari potest, & per utramque actionem, sed etiam per solum intentionalem; atque ideo stante fidei dogmate neutra potest probatur assumptum, quia Deo possibile est utroquomodo agere puniendo damnatos in corporibus damnatorum, conservando tamen illa, ne dissolvantur, & corrumpantur; potest etiam igni ad hoc cogere, sed solum ad actionem intentionalem concurrere, quia ignis apprehendatur, ut illis disconveniens, & corporum mixtionem, & ita apprehensus causet dolorem; cum ergo ignotum sit, & nobis non revelaverit, quomodo sit adurus non habetur de alterutra sententia fidei certitudo, sed utraque probabiliter defendi potest, & sic patet quomodo corpora damnatorum post judicium ab igne patientur, vel intentionali tantum, vel intentionali & realiter simul, quia neutrum istorum est ratio cogens, nec auctoritas; & licet ad utramque sequeretur dolor in appetitu sensitivo, & tantus dolor, quod sequeretur mors, & dissolutio corporis naturaliter, nam quam tamen moriturus, quia suspendit Deus actionem, vel passionem corruptivam ipsorum, ne umquam moriantur, vel corpora eorum dissolvantur, quia actio corruptiva, vel passio est naturaliter posterior illa immutatione, sive reali, sive intentionali, & essentialiter distincta, & sic per potentiam Dei prima fieri potest sine secunda iuxta illud Isaac: *Vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur*, & illud Apocal. *Desiderabunt mors, & fugiet mors ab eis*. Sed quamvis hæc omnia sint optime & probabiliter dicta, absolute tamen tenendum est ignem infernalem actione reali, & executivè damnatorum corpora calefacere, & igne, & dolore intensum iuxta peccatorum gravitatem, quantitatem efficere, & nihilominus Deum illa conservare, & non consumi, ita inquam, ab absolute tenendum est, quia sic hæc modus convenientior est sanctorum dictis, & ipsis Scripturæ ubique dicentis damnatos igne inferni esse cruciandos, ignis autem non cruciat, nisi actione reali prius calefaciendo utque ad gradum cum mixtione animalis incompossibilem, vel etiam ignefaciendo, ut experientia constat, ita præsertim docet D. Bonav. d. 44. cit. p. 2. art. 3. ubi pluribus exemplis hanc veritatem probat, & ostendit, quomodo talis, & tantus cruciat, & passio corruptiva cum corporum conversatione consistere possit, & sic etiam plures Scotiæ defendunt, ut Bassol. d. 4. q. 1. art. 3. Franc. disp. 13. cit. art. 7. & alii, de quo rursus dicemus infra disp. seq. q. 3. art. 2. n. 61.

Quintò tandem queritur an poenæ Inferni infligantur à Dæmonibus, tamquam divinis iustitiæ ministris. Negant aliqui dicentes demones solum, vel exprobandum hominibus sua peccata, vel alio modo accidentariam tantum eorum prænam posse augere, & quod defuerit etiam animas damnatorum ad infernum, & forte detinet eas ibi, ne moveantur. Ità Arriaga disp. 28. de Angelis sect. 2. ab initio cum quibusdam aliis. Alii verò communiter affirmare videntur, & sicut negant animas in Purgatorio Dæmonibus torqueri, tamquam divinis iustitiæ ministris, quia indecens omnino videretur Deum Dæmonibus uti tamquam ordinariis ministris ad amicos suos puniendos, ut diximus supra disp. 24. de Purgatorio q. 2. art. 1. n. 24. ita ex opposita ratione affirmant damnatos in inferno, tamquam Dei inimicos à Dæmonibus torqueri, ut divinx iustitiæ ministris, & ita præsertim sentire videtur D. Bonav. d. 4. d. 20. p. 1. ar. 2. q. 1. ubi ait credendum esse, quod in egressu animæ a corpore adsumit, & spiritus bonus, & spiritus malus, unus, vel plures, & tunc secundum veritatem ferri sententiam, & si bona est, per ministerium boni Angeli, vel adducitur in Cælum, vel in Purgatorium, quousque postquam purgata fuerit, per eius ministerium educatur, ita quod ipse solum sit deductor, & non tortor; si verò sit mala per ministerium dæmonum deducitur ad infernum; & subdit probabiliter etiam esse, quod per ipsos ibi torqueatur, alius enim est, qui punit filium, & alius qui punit latronem, filium enim punit dominus, vel tortor, sed latronem punit emissarius, vel tortor, sed demones sunt tortores, & iusti sunt sicut filii, mali verò, & iniusti, sicut latrones, sicut ergo conveniens non est iustos in Purgatorio ab illis puniri, ita è contrariè conveniens est malos ab ipsis torqueri, ut divinx iustitiæ ministris. Ita dicitur in Iob: *Seraphicus Doctor* de punitione damnatorum in Inferno, & ita etiam passim discuntur SS. Patres, unde D. Augustinus lib. de triplici habitaculo c. 2. explicans illud Job *De aquis transibunt ad calorem nivium* ait, ex his duobus, scilicet, ex frigore intolerabili, & calore ignis inextinguibili plura alia poenæ poenarum genera, ut sunt litis intollerabilis, poenæ fetoris, poenæ horrois, poenæ timoris, poenæ angustiae, poenæ tenebrarum, severitatis tortoris, præsentia dæmonum, ferocitas bestiarum, & crudelitas ministrantium, quos innuit esse Demones. Petrus Damianus in epist. 2. Perpende, inquit, quale supplicium sit infatigabilibus subjacere inimicis, draconibus infernalibus interesse, in morte vivere, in ignibus habitare, &c. Rabanus lib. 3. in Ecclesiastico. 2. de poenæ Inferni loquens inter alia hæc habet, bestias diabolicas atrocissimas sentiet se punire tortores, nec jam habet evasione, nulla requies ibi datur, &c. & plures alii Patres de poenæ Inferni ita discuntur; satis ergo probabile est, poenæ inferni hominibus damnatis à dæmonibus infligi, tamquam divinx iustitiæ ministris, & conformis Sanctorum dictis, ac etiam Sacre Scripturæ hoc idem insinuantis.

Denique sicut disput. præcedent. de Cælo, & Statu Beatorum diximus post diem Judicii universalis, & corporum resurrectionem, essentiali gloriæ augmentum non habituram, sed tantum gloriæ accidentalem, ita in presenti similitudine de damnatis in inferno dicendum est, quod eorum poenæ, & tristitia essentialis non augebitur, quamvis augeatur dolor propter passionem, & tormenta corporum, poenæ tamen accidentalis ex multitudine damnatorum augmentum suscipiet; unde in poenæ inferni commune adagium locum non habet, quod forasum est miseris focios habere poenam, ut Doctores communiter advertunt.

QUESTIO SECUNDA.

De gravitate poenarum infernalium.

Postquam de quantitate, & numero poenarum infernalium in præcedenti questione tractavimus, nunc in præsentia de earum qualitate, & gravitate discurrendum est, in qua materia inquit Dionys. Cart. de 4. Novissimis art. 36. considerandum esse in prius poenarum acerbiteriam, & earum universalitatem, quia damnati in toto corpore, & in singulis membris affligentur, & similiter in tota anima, & in singulis viribus ejus; deinde considerandam esse earum æternitatem, quæ super omnia gravat, præmit, contristat, torqueat damnatos, ex qua consideratione oritur disperatio omnis boni; de his igitur duobus in præsentia discurremus.

ARTICULUS PRIMUS.

De earum intensione, & acerbitate.

Primo queritur, an poenæ damnatorum sit adeo gravis, ut cupiant non esse. Affirmant Doctores communiter, & præsertim Scotus d. 50. q. 2. §. *Ad secundam questionem*, ubi ait, quod licet damnati magis deberent velle non esse quam in peccato permanere, tamen appetunt non esse, non propter culpam fugiendam, sunt enim oblatinati, sed propter poenam, quam sustinent; & ratio est, quia non esse non est per se malum

Tt 3 aut

scilicet Doctor loc. cit. s. *Aliter dicitur*, quia vel hanc qualitatē est corporea, vel spiritalis, si corporea, eadem ratio est de ipsa, ac de qualitate ab igne producenda, quia equalis repugnancia est utrobique suscipiens ad susceptionem, si vero spiritalis; ergo non per illam magis est passum proportionatam corpori, ut agens, quā esse prius. Confirmatur, quia dicitur etiam, quod per qualitatem superadditam redderetur spiritus capax corpore calcificationis non ab illi fieret capax doloris, & corpore sensationis, hanc siquidem supponit temperamentum, cuius destructiva est qualitas dolorifera ab objecto disconveniēti causata, quod quidem temperamentum in Angelis locum non habet. Dixerunt aliqui apud Durandum q. d. 44. qu. 13. Item in anima humana, dum a corpore separatur, remanere potentias sensitivas sicut inchoatas, quibus sensibilibus pati possit, quod & probabiliter putat Coninchius disp. 11. de Purgatorio dub. 3. num. 32. quia sicut anima conjuncta corpori patitur dolorem mediante corpore, ita etiam separata, quia in ea remanent potentie sensitivæ sicut inchoate. Sed hoc etiam refellimus q. 6. cit. art. 1. quia proximum susceperunt sensationis, & ratio suscipiendi non est in anima, vel aliquid præcisè in anima, nec forma mixta in organo, sed forma totius compositi ex corpore mixto, & anima, & talis perfectio est proxima ratio recipiendi sensationem, & ideo illa forma totalis est potentia sensitiva, & totum conjunctum ex anima, & parte corporea est organum vivum, quod illi dicitur sentiri, & patitur dolorem, unde nec cadaver ab anima separatum hanc ratione dolorem sentit, nec anima a corpore separata, quia non datur in eis organum vivum quod solum est capax sensationis, & doloris. Angelus autem, seu anima separata cum habet illud extrinsecus impressio aliquid unum vivum non faceret, sed tota vita ex parte unius tantum se teneret; ergo &c. Tum quia quando etiam hoc totum concederetur de anima separata, ut Coninchius contendit, adhuc tamen in Angelis locum habere non potest. Deinde arguit Doctor contra eandem sententiam, quia habitus non est potentia, & quo simpliciter possumus, sed quo aliquid potest fieri, sive consideretur, ut activus, sive ut passivus, id est, ut complens potentias, vel activas, sed passivas; ergo supponit potentiam; cum ergo nulla realis potentia passiva sit in Angelo, vel anima separata ad rem ab agente corporeo, consequenter eam non recipit ab alio habitu, prout distinguitur a potentia. Tandem arguit Doctor, quia si mediante illo habitu poena reciperetur in Angelo, scilicet, calor, sequitur quod per se habet, & non Angelus, vel anima, esset primum, & immediatum ejus objectum, inio Angelus nec mediatum esset subiectum; quia supponitur quod ex se ad tale formam nullam habeat capacitatem, neque per habitum reddatur capax, quia calor ille est extrinsecus, ut a causa materiali producit, Angelus autem est inextensus, cum non habeat partes, neque per talem habitum sit extensus.

14 Tertio queritur, an ignis cruciet spiritus obedientialiter producendo in eis qualitatē spirituales eorum naturæ repugnanciam, & loquuntur aliquid, sed sententia, & deturpationem eorum substantias, ex qua sensatione, ac deturpatione Demones maximam concipiunt tristitiam, apprehendentes illam, ut disconveniētiem propriæ naturæ, quam sententiam refert, & impugnat Durandus l. c. & postea amplius sunt Suarez, Malin, Parisiensis, A. S. Zúñel, & alii Recentiores dicentes possibilem esse divinitus qualitatem aliquid spirituales fructum Angelum, ac male efficientem, & ad hanc in Angelo producendam ignem elevati, & in ejus qualitatē diffusa cognoscione consistit, & formalissime penam, sed et mentem de omnibus, quam ultimo consequitur ex parte voluntatis. Fundamentum hujus sententiæ est, quoniam hec optime explicat, quo modo spiritus vere, & realiter, & non tantum sicut, & per apprehensionem torquetur ab igne corporeo, sicut enim homo torquetur a calore, & frigore, quia est qualitas sibi contraria, & quia hic calor producit ab igne, & frigus a nive dicitur merito, & quæ sit sibi contraria, vel diffusa, & quia eam producit ignis, dicitur merito ab igne torquetur. Quod autem ignis per potentiam obedientialem elevatam talem qualitatem spirituales producat, & in per naturam, ut aqua ad producendam gratiam in Baptismo. Et tandem, quod dari possit qualitates spirituales subiecto materialis ab subiecto materiale, ita spirituales ab spirituale ergo sicut ex eis aliquid sunt conformes, & græve subiecto materialis, ut addit musica, palato dulcedo &c. aliz vero contrarie, & diffonz, ita ex istis aliz erunt bene efficientes subiectum spirituales, aliz vero male.

15 Sed hunc dicendi modum, quamvis inter Recentiores

fatis plausibilem, jam late impugnavimus q. 6. cit. art. 2. quia in primis talis elevatio non est possibilis ex parte principii, siquidem ut dicitur est disp. 7. Phys. q. 6. art. 5. vel non datur potentia activa obedientialis in rebus creatis, sed tantum potentia passiva, ut tenent communiter Thomistæ, & Scotistæ, vel si datur, hoc non datur in quolibet ad quolibet, sed ad quemlibet effectum producendum, sed tantum aliquem, ad quem ex se sit aliquo modo forte in remore proportionata, at quæ ideo non videtur elevari posse quæcumque creatura, ad quemcumque effectum improportionatum producendum, unde sicut hac ratione negamus aquam elevari posse per potentiam obedientialem ad producendam physicè gratiam, quæ est accidens spirituale, ita patet in proposito negandum est ignem alium posse per modum instrumenti ad producendam qualitatem spirituales Angelos cruciantem. Deinde de sicut etiam est intellectus, quomodo talis qualitas sit disconveniētiens, repugnans, ac contraria Dæmoni, nam illi nullum videtur asserere posse documentum, sicut asserit minus calor corpori, intelligibile enim est, quod sit disconveniētiens naturæ spirituales secundum se, si eam non disponit ad corruptionem, vel non est corruptiva aliterius qualitatē convenientis, & naturalis, ut in qualitatibus doloris sensus contingit. Nec minus patet, in quo talis qualitas Angelicam substantiam cadere, ac deformare, vel enim sermo est de puritate naturæ naturalis, vel supernaturæ per gratiam, supernaturæ nequit esse, quia dona supernaturalia demones per peccatum auferunt, naturalia vero manent integra ex D. O. 1. de divinis nom. capit. 3. Tandem fallit est, quod sunt Suarez, & Arriaga hanc sententiam inter omnes clariorē esse, & per ipsam optime declarari modum loquendi Patrum, & Scripturarum de cruciatu spirituum per ignem, nam in prima non salvas, quare potius Deus aut voluerit instrumentum ignis ad cruciandos spiritus, quam aqua, vel alia re creata, quoniam si ignis non eos affligit, & cruciat quatenus calidus, seu calorem imprimens, sed aliam qualitatem spirituales per modum instrumenti non plus valent ignis ad talem operationem, & effectum producendum, quam aliud quodcumque corpus, & æque bene potuisset Deus ut omnibus aliis rebus creatis per modum instrumenti ad producendam hanc spirituales qualitatem in Demonebus, siquidem ex natura rei maiorem non habet connectionem cum igne quam cum cæteris rebus, & clementis, cum ergo hæc sit præcipua differentia, quæ alias vexat sententias, plane hæc non erit extrinsecus calor. Neque etiam minus illius cæteris, plane dicitur Patrum, & Scripturarum de cruciatu spirituum per ignem, cum enim ignem insensibilem pellant, ut in *Genesi* spiritus, plane significant, quod aliquid in eos actione corporeæ, & impressi valet, & ardoris, vel saltem valet qualitas, quæ maiorem habet eam igne connectionem, quam cum cæteris corporibus, ad quod impressionem spirituales illius qualitatē, quam illi communiter spiritus, ignis non habet maiorem vim in spiritus, quam in alia corpora habeat; ergo neque ea opinio salvabitur aliquid dicitur Patrum, & Scripturarum in hac materia; de quo alia plura vide loc. cit. & aliaz quoque impugnationes apud H. quem dicit 43. cit. n. 2.

16 Quarto queritur, an spiritus crucietur ab igne per alligationem eorum aliquid corpori ad Deum factam. Afferunt novissime Coninchius disp. 11. de Purgatorio dub. 3. cit. nu. 33. ubi ait, quod sicut anima informatur corpus propter mutuum sympathiam, necessario eam dolere quodam percipit qualitates, quæ corpus male afficiunt, ita Deum supernaturaliter posse eam separatum aliquid corpori alligare, quod se nullo modo parere possit, & quorum Deo singulariter concitente similem aliquam sympathiam habeat, sicut habet prius cum eo, quod informabat, nulla enim apparet hec implicancia, vel ratio negandi. Unde fiet, ut eodem modo percipiat qualitates impressas huic corpori, sicut prius percipiat productas in corpore, quod informabat. Quare si Deus eam ita alliger aliquid corpori in quod ignis agit, eodem modo eam acrimonia torquetur, si scilicet in proprio corpore. Et hoc arguitur a D. Gregor. lib. 4. Dialog. c. 19. illius verbis. *Colligere autem dicitur in proprio corpore, quia inchoatam anima non solum videtur, sed etiam torquetur, & subdit ad hoc opus non esse, ut qualitas ab igne producat in illo corpore eodem modo torquetur, quod torquetur in hac vita, & tamen unum modo eorum corpora corrumpit. Quod autem asserit de omnibus aut patet de Demonibus potest dici, propterea opinione erat etiam Henricus, quam alii cum vitis dicitur illis committit, & ad eis appropinquat illis, ut satis congruentem Scripturæ, & didis Patrum, ac etiam probari posse ex quibusdam defensorum apparitionibus, in quibus vivis apparuerunt eorum portibus ignitis, quibus præfatio modo erat alligata.*

17 Sed hunc quoque dicendi modum refellimus loc. cit. ut omnino

omnino singulariter, & novum, nam vel illa alligatio esset per veram unionem substantialem, vel per solam intimam præsentiam localem ex voluntate Dei extrinsecam factam; non primum, nam præterquam quod hoc de Demonebus asseri nequit, cum Angelus materiam informare nequeat ex Scoto quodl. 9. nec etiam bene de animabus diceretur, quia ex tali unione verus, & realis homo resultaret, ponere autem in Purgatorio veros homines, & non solas animas separatas, est erronem. Si secundum, tunc planè repugnat ex sola tali intima præsentia locali animæ cum corpore eam pati ex impressione qualitatis disconveniētiens corpori impressæ; nam in corpore, quod informat, talem sentit passionem per sympathiam ex sola unionem substantialem cum eo permanentem, ad quam proinde non sufficit sola intima localis præsentia ex voluntate Dei extrinsecam facta. Confirmatur, quia sentationes omnes tam extrinsecas, quam intrinsecas formaliter, & adæquate sunt à toto conjuncto ex anima, & corpore, ac in eo adæquate recipiuntur ex 2. de anima, ut docet Scotus loc. cit. unde ratione præcisè talis conjuncti, quod anima rationalis inadvenciat constituit, dicitur per sympathiam percipere inæquantem, vel disconveniētiem qualitates sensibilis in corpore receptoræ sicut nequit facere Deus, ut sine tali unionem fiat homo, vel anima corpus informat, ita nec facere poterit, ut sine hac unionem calor in corpore receptor sit anima contrarius, & passioem sentiat ab eo per sympathiam. Denique Angelus quantumvis aliquid corpori indissolubilitèr alligatus à Deo, aliter nequit sentire calorem illi impressam, quam illum intelligendo, ac intellectus intuitiva calor nequit esse ignis molesta, quam sit cognitio eujuscumque alterius objectis ergo per talem colligationem spiritus cum corpore ab hoc Auctore excogitatum non sufficienter explicatur cruciatu Dæmonum, & animarum ab igne, & quomodo ex ea alligacione provenire possit, ut qualitates in illis corporibus existentis sentiantur à Demonebus, & animabus, ac eos vehementer torquentur. Neque hunc cruciatum modum in igne infernali Div. Gregorius l. c. significare voluit, qui omnino fictitius est, sed quem ex doctrina Scoti mox explicabimus. Alium dicendi modum l. c. adducimus, quem omittimus, quia non valde dicitur à primo, & ideo impugnavimus, sicut illic.

18 Quinto queritur, an ignis cruciet spiritus ratione tristitia, & ut objectum disconveniētiens. Afferunt Scotus 4. d. 44. cit. q. 2. cum omnibus Scotistis, & hæc est sententia verior, & communior in scholis, ut diximus q. 6. cit. art. 3. tam apud veteres, quam Recentiores, quæ docet Demones esse igni alligatos, ita ut ab eo se liberare non possint, & ex hac alligacione cognita, & noxia ad modum tristiciæ, & torquetur, quam alligacionem ad ignem explicant, vel per modum carceris detinentis illos in certo loco, ne pro ipsorum libito ubique vagari possit, vel per modum objecti determinantis illos ad continentiam sui considerationem, nec ad alia objecta expedita converti valeant; vel per modum alligacionis potentiarum, quod libera executionem suarum functionum juxta varios modos tuendi hanc sententiam. Hæc fuit opinio D. Thomæ, & Thomistarum p. 1. q. 64. ar. 4. & contra *Genes* cap. 30. D. Bonav. 4. d. 4. 2. p. art. 3. q. 1. Durand. qu. ult. Palad. Richard. Gab. Milron. & aliorum antiquorum, & sequuntur Recentiores passim Amicus, Aversa, Jo. de S. Thoma, Nazarius, & alii passim asserentes hanc ignis cruciatum fieri per actionem intentionalem, itaque non patiantur spiritus ab igne per actionem realem, & physicam, ut præcedentes opiniones assererent; jam impugnatæ. Et quidem loquendo in genere, quod illa poena ab igne illata sit poena alligacionis, manifestè deducitur ex pluribus Scripturæ locis adductis loc. c. quæ sere semper explicat illam ignis penam per modum alligacionis, & detentionis, ut patet præsertim ex Apoc. 20. Et apprehendit Angelus Draconem, qui est Diabolus, & Saranum, & ligavit eum, & misit in abyssum. Declarat autem Doct. loc. cit. §. *Alia quæstioem*, spiritus, & animas separatas non cruciari ab igne per solam alligacionem, vel detentionem localem, quia spiritus, & animæ nullam habent repugnanciam cum quovis loco, cum nullus locus sit eis ex natura rei disconveniētiens, sicut fuerit corpori gravi, & dorsum leve, elementa enim solum, & mixta locum sibi determinant, à quo si avellantur, sic contra eorum naturam, non tamen spiritus, quia loco non conservantur, nec aliam in esse ab eo dependentiam habent; atque ideo per solam alligacionem, & detentionem localem ab igne non cruciatur. Quare subdit spiritus, & animas separatas, cruciari ab igne eo definitivè detentæ contra eorum voluntatem ex affectione commodi inclinam ad utendum pro libero usu motive potentie, ideoque Demones tristiciæ, quia eum locum apprehendit, ut sibi molestiam, eod quod vellet potiri expedire, & libero usu fove motive ad quemcumque locum; quare videns se detentum in igne, & alligatum, vehementer dolet, ac trahitur.

19 Sed hunc quoque dicendi modum refellimus loc. cit. ut omnino

19 Deinde quia Scripturæ, & Patres adhuc majorem poenam indicant Demones ab igne sentire, quam solus localis detentionis per modum carceris, Doctor loc. cit. §. *De tristiciæ poena*, aliam adhuc alligacionem eorum igni molestiam in memo- rat, quam vocat detentionem objectivam, quatenus intellectus Angelis determinatur perpetuè ad intensè considerandum ignem in ratione objecti, quam determinationem apprehendit sibi inconvenientem, eod quod vellet ut liberè sua facultate intellexit. Quare De non videns se ita detentum, vehementius dolet, & trahitur de hac detentione objectiva, quam de illa locali, quoniam per eam detentionem localem impedebatur solum in usus liber fove motive ad quemcumque locum; sed per hanc detentionem objectivam impeditur ulterius liber usus intelligentie suæ pro imperio voluntatis circa quodcumque objectum, quatenus per hanc impeditur intellectus eius perfectè, & expedite considerare alia consiliorum; addit autem Doctor apposita illam particulam *per se*, nam si simpliciter possunt Demones ad alia quoque objecta consideranda converti non tamen cum ea intentione, & applicatione qua possent; si ab ignis apprehensionem non detinerent; quare concludit, quod quanto intellectus est nobilior virtute motiva, tanto magis torquetur ab igne per hanc determinationem in intellectu, quam per illam alligacionem in loco, quia ubi est maior nobilitas, & æque certa apprehensio de eventu, sequitur maior tristitia. Ad ulterius, quod illa detentio in consideratione ignis intencæ, & perpetuæ, & contra voluntatem Angelis sit effectivè à Deo principaliter, & ab igne qualiter, & quia illud minus principaliter, ac veluti instrumentum; quia istud non convenit igni virtute propria, nam tota virtute activa ignis postea Angelus sibi dimissus possit ignem, vel aliud corpus indifferenter considerare pro imperio voluntatis suæ. Hæc igitur, tristitia, ac spiritualis cruciatus, quæ ignis causat in mentem Demones per duplicem præfationem alligacionem, ac detentionem localem, & objectivam est illa incorporea flamma, ac invincibilis ardor, quem D. Greg. cit. 4. Dialog. cap. 19. attribuit res incorporeas trahere ab igne corporeo, & materiali. *Res incorporeæ incorpoream exciunt, dum ex igne visibilibus cadunt, ac dolor invisibilibus, trahitur, ut per ignem corporeum mens incorporeæ, & etiam incorporeæ flamma crucietur.* Unde hæc dicitur poena flammæ, non quia per actus sensum, vel potentiam sensitivam sustinetur, sed quia causam, & originem habet ab aliquo sensibilibus corpore, quo causa est huius poenæ, quod in præfati ignem esse Scripturæ testantur, & Patres.

20 Denique quoniam Scripturæ, & Patres non tantum dicitur ignem cruciare Demones, & animas, ut eos detentet localiter, & objectivè immutat, sed etiam secundum quod ignis, & ut urens, & calefaciens, nam eum vocant *ardentem deorantem, concremantem*, quare D. Gregor. loc. cit. *ac colligere ex dicitur Evangelicis possimus, quod incendium animam non solum videndo, sed etiam experiendo patitur*, a Verberum in ex Scoto d. 44. cit. §. *Alia quæstioem*, quod ignis in corpus animatum anima sensitiva potest habere duplicem actionem unam realem, quæ est univoca, quæ nimirum calorem imprimi; alteram intentionalem in sensum, quæ est æquivoca, quia species sensibilis non est simpliciter eiusdem speciei cum objecto. Quare in sensu cognitivo producit species sensibilis, & sensatio, quæ est iudicium de objecto representato, & in appetitu sensitivo producit dolor, si objectum est disconveniētiens, ac delectatio, sicut conveniens. Quod si corpus sit animatum etiam anima rationalis; producit ulterius actionem intentionalem etiam species intelligibilis, & intellectus in intellectu possibili, in voluntate vero tristitia, & meror. Tunc, inquit Doctor ignem in Inferno non habere in spiritum animatum primam actionem realem, & physicam utendi, & calefaciendi, quia respectu puri spiritus dari non potest, potest tamen habere in sensum tactus actionem intentionalem affigentem dolore sensitivo; ex quo igne, & dolore consequitur ulterius tristitia, & meror in ipsam animam intellectivam corpori constantiam. Neque hoc mirum esse debet, ita Doctor, quia absolute loquendo una actio esse potest sine alia, quia neutra essentialiter pendet ab altera, unde & modo facta reparabiles, si aliquid sit susceptivum formæ realiter, & non intentionaliter, & aliunde convertio, & sola intentionalis sufficit ad causandum dolorem, sola autem realis sine intentionali ad hoc non sufficeret, quia lignam quantumcumque excessivè calefactam, non tamen dolet.

21 Hinc facile est deducere, ut loc. cit. dicebamus quo sensu asserere liceat, quod in spiritu angelico, vel humano, separato erit cruciatus, seu passio eiusdem rationalis cum passione animæ intellectivæ conjunctæ, quando enim ab eadem causa fundanda duo proveniant effectus subordinati quorum tamen unus essentialiter ab alio non dependet, sed tantum secundum unum communem naturæ cursum, potest Deus eam causa causare eadem

Non Inferno cum Sanctis habitatoribus appareret, continuo Infernus in amicum Paradisum converteretur. Datur igitur in inferno pena damni, quae est maior exteris, nam ut visio divina, & fructus est in beatis omnium honorum radix, ita privatio eiusdem visiois, & fructus in damnatis est omnium malorum fons, & origo.

ac etiam in voluntate, si tali potentia re illa praedita sit, immutatio intentionalis dolorem causans vehementissimum, quoniam igitur inter omnia aegritia ignis in tali aegritudine agendi ceteris omnibus praecellit congruunt tunc, ut per nos haec creatura uretur in tali inferendo cruciatur tamquam instrumentum, quam ceteris; quamvis enim exercendo actionem physicam urendi, & calcandi, spiritus non laedit, ut talis lesio nis incipit; & atque exercendo actionem intentionalem, quae sola est sufficienter cautiva doloris independentem ab actione prioris, talem causat dolorem, ac ita vehementer ab spiritibus, & anima a corpore separata, qualem causat in naturali rerum dispositione potuisset Deus eandem alligacionem, ad determinationem asponere cum aequali damnatione, nisi per modum obiecti etenim in obiectis dolorem afferentibus rebus animas per immutationem intentionalem, nullum est, quod dolorem in se habeat, quando eas adurunt, ut videlicet peccatorum debita poena damnati fuerunt, ad inferendum in eis maiorem, qui post inferi dolorem ab obiectis doloriferis in se creaturam igne voluit ut in instrumentum, quoniam ad ipsas lesiones in rebus animatis major sequi solet dolor tunc in sensibus, tum in voluntate per actionem intentionalem, quam ad has lesiones aliorum obiectorum, ut loc. cit. dicebamus, & adhuc magis constat art. seq.

7. Quoties difficultas, an vere sit in Inferno tormentum visus. Aliqua circumstantur revelationes, in quibus a minor si igne a nimium calorem dicuntur damnati transire, quod fundatur in illo dicto Job. cap. 22. *De aqua nivium transibunt ad calorem nivium, & videtur esse sententia quorundam Patrum D. Hier. Petri Damiani, & etiam D. Augustini lib. de triplici hiera cap. 2. ubi ait, quod duo principalia sunt Inferni tormenta, frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis, unde in Evangelio dicitur *Erunt ibi frigus, & ardor dentium, frigus namque, & hinc dicitur oculorum, ac calore nascitur, frigidus vero dentium ex frigore, a quibus duobus numeris pendunt poena generalia, videlicet frigus intolerabilis, poena famis, poena fletoris, poena horroris, poena timoris, poena angustiae, poena tenebrarum, severitas tormenti praesentia demonum, ferocitas bestiarum, crudelitas ministrorum, vermis conscientiae, igitur lacrymae, fulsura, miseria, dolor sine remedio, vincula, sine solvitione, mors aeterna, poena sine fine absque Chelici quoad visionem eius, quae sola omnia praedita superat, & omnibus poenis est inollerabilior, ita dicitur D. August. loco cit. Quamvis haec magis sit valde dubia, & pro utraque parte probabilis, verisimilium tamen videtur, ut ait Arriga disp. 20. sect. 1. cum Suarez, & aliis Recentioribus, non dari in Inferno nives, aut aquas, quia nec Scriptura de eis quidquam dicit, sed semper de igne loquitur, non autem elementa in Inferno ponere non debemus, sine fundamento, cum per ignem sufficienter damnati possint torqueri, & aliunde sine alia poena cum igne non possibiles, quae ibi recenserit solent a Patribus, & rigor, & autem, & calor doloris, non magna, & plura multiplicando miracula, simul coherere non possunt.**

8. Sexto ulterius queri solet, an in Inferno sint vere tenebrae. Communior, & probabilior opinio affirmat, quae deducitur ex expressis ex pluribus Scripturae locis, ut Matth. 8. *Et dicitur in tenebris exterioribus, ubi erit locus, & ardor dentium, & cap. 22. Miserebitur in interioribus exterioribus ubi Interlin. dicit, id est, Infernis, quia hic tenebrae habent tenebras. Ita etiam Job. c. 10. *Infernum appellat terram tenebrarum, & operam mortis caliginem, & tenebras, ubi umbrae mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, ubi ait Glos. ordinat. hic flamma, quae urit, illuminat, ubi urit, & obcurat, ignis autem, qui non lucet ad consolationem, aliquando lucet ad poenam, quia eo illuminante, ut magis dolent videbunt in poena sequaces suos, quorum amore deliquerunt, & D. Hieronymus in idem cap. 10. Job, inquit, quod terram inferorum descriptur, nulli dubium est, tenebrosa est, ut dixi, velut carcer, in quem peccatores, & impii, qui lucem odio habuerunt, ut tenebrarum filii contrudunt, & D. Gregorius lib. 9. Moral. c. 46. explicans illud *tenebrae exterioribus*, ait, si ignis, qui reprobos cruciat, lumen habere potuisset, is qui repellitur, nequaquam intret in tenebras diceretur, & c. 48. inquit, ubi ignis, qui cruciat, obcurat, flamma comburit, led nequaquam tenebras dicitur, idem etiam confirmat Damascenus, Petrus Damianus, Basilii, & alii Patres, ac demum Iudas Apostolus in sua Canonica epistola appellat *sub caligine vinculis carnis* *Asinas*. Dicit, flamma lucem causat, & lux cum flamma est semper necessario connexa, ut ignis naturalis effectus, cum ergo in inferno maxima sit flamma, maxima quoque ibi erit lux. Respondet Arriga loc. cit. ignem in materia densa, qualis est in inferno, vix aliquam ex parte lucem, & praeterea post universale iudicium locus ille cruciatur humanis ita plenus erit, ut non habeat flamma corpore diaphanum, per quod diffusum possit, & inter damnatos inclusa nullam lucem extrahat. Sed brevius alii dicunt Deum cum miraculo impedire ad maiorem damnatorum consolationem, supplicium.**

9. Postremo queritur, Quamvis alix poenae sensus reperiantur in Inferno. Communis Patrum, & Theologorum sententia est, non illum in hac vita posse scire distincte, & adequate quantum, & quos sint damnatorum poenae, nisi a Deo revelet eas percipiat. Ita D. Ang. lib. de triplici hiera, ubi cap. 5. ubi postquam dixit nullum in hac vita deigenem posse bene regni celestis dicere, intelligit, vel cogitare, postea de poenis inferni loquens ita dicitur. *Mala autem inferni dicere, vel cogitare, ut sunt, nemo potest, peiora quippe sunt valde, quam cogitantur, & postquam dixit in unum dicere, posse, vel cogitare mala inferni, ut sunt, & postquam multa gloria celestis bona narravit in genere, contra per antiphrasim in poenis inferni ita dicitur, locus inferni plenus est tenebrarum, discordia, odii, tristitia, miseria, turpitudinis, amaritudinis, offensionis, doloris, adulationis, fisis, famis, ignis inextinguibilis, tristitia, vindictae poenae, & omnis ineffabilis mali, quod non dicit, nec cogitari potest, & paulo inferius tandem subdit, quod in inferno nihil invenitur, quod desideraret, nihil videtur, nihil sentitur, nisi quod displicet, nisi quod offendit, nisi quod cruciat, & concludit, quod omnem malum abundat in carcere diaboli, & nullum bonum. Et D. Bernardus lib. 5. de Considerat. cap. 12. ait maximum damnatorum tormentum fore liberationem a poenis optare, & toto affectu ad eam conari, & tamen non obtinere, & ita dicitur, Quid iniquis voluntatibus tam contrarium, & adversum, quam semper conari, impingere semper, & frustrari. Vix oppositis voluntatibus solum lux profecto averisionis referentibus poenam. Quid tam poenale, quam semper velle, quod non contingat. Quod tam damnatum, quam voluntas addita huic necessitati volendi, nolendique, ut ad utrumlibet iam, si cui, non nisi pervertit, ita non nisi misere moveatur, in aeternum non obtinebit, quod vult, & quod non vult in aeternum nihilominus sustinebit. Ita dicitur de poenis inferni Bernardus, c. 6. & sic postquam loquatur alii Patres, quorum testimonio copiose refert Brancatus noster disp. 13. cit. a. 7. & 16.*

ARTICULUS SECUNDUS.

10. Quomodo ignis corporum agere possit in spiritu.

10. Ceterum est, ut diximus lib. 2. disp. 3. c. 9. 6. ab initio & in hoc omnes Doctores conveniunt, quoniam haec apud nos in cruciatur ignis reperitur, scilicet, laeso in corpore, quod adurit, dolor in sensu tactus, dolor item, & fuga in appetitu sensitivo, & tandem fuga, & tristitia in voluntate rationali, quae est dispendicia de malo, quod corpus patitur, certum est, in inferno, in praesentibus demonibus, & animas separatas ab igne sensitivum non cruciatur, quasi corpoream lesionem ab eo patiantur, aut dolorem sensibilem, qualem homo patitur in sensu tactus, & in appetitu sensitivo, eum enim spi-

rituales sint, & incorporei, non sunt talis lesionis capaces, nec animae potest spiritualis substantia calere, aut in partes dividi, vel consumi, sicut corpus, nec pariter dolorem sentire, cum sensus non habeat, nec denique dolorem sensibilem appetitus, cum eo careat, ex quo tandem deducitur nec demonem, nec animam separatam quoad haec eo modo ab igne torqueri, quasi animae cruciatur, dum est in corpore, aut homo ipse ex anima, & corpore constans, quae de causa ad id declarandum variis modis sunt excogitati, quos exacte, & singillatim l. c. examinavimus, & hic breviter repetimus pro integritate, & complemento huius disputationis.

11. Primo queritur, an demones, & animae separatae solum per apprehensionem cruciatur, quae ignem apprehendant, ut sibi disconvenientem, & nocivum. Affirmant aliqui, quod probant ex D. Greg. cit. 4. Dialog. dicente spiritum torqueri ab igne videndo tantum, & aspiciendo, cum inquit, *et patitur, quod videt, & quia cruciatur se respicit, cruciatur*. Confirmat etiam Avicenna, 9. Metaph. ca. 7. ad finem, ubi exemplificat de somnio, quod aliquis interdum magis cruciatur in somnio, ex apprehensione phantastica alicuius rei disconvenientis, quam aliter cruciatur in vigilia ex reali praesentia ejusdem. Tandem potest demon simplici complacencia gaudere de re impossibili apprehensa, sicut possibilibus pariter tritari potest de igne, ut nocivo apprehensa etiam ipsa sibi nociva non sit. Hic dicendum, quod si magis cruciatur spiritum, ac animarum per ignem, & ideo a Sorro resellit, 4. dicit, *ita ab initio* *De diebus*, quae apprehensio illa aut est vera, aut falsa, si vera, opus est ab igne modum illius disconvenientiae, quod non apparet possibile, nam ex natura sua ignis non est conerarius, nec offensivus spiritui, nec minus potest esse disconveniens, in ratione obiecti, sed potius conveniens, obiectum namque ut obiectum est conveniens potentiae ut potentiae, non est igitur ignis est disconveniens nec disconvenientia reali, neque obiectiva. Si vero falsa est illa apprehensio, sequitur primo, quod non ab igne, sed a sua falsa estimatione cruciatur, quod est inconveniens, quia sicut nulla falsa opinio est beata, ita nullus est falsa opinio miser ex Augustino. Deinde vel falsa illa estimatio est a Deo, vel ab ipso Angelo, non primum, quia tunc Deus diceretur immediate causa talis deceptionis, neque secundum, quia Dionysius de divinis nominibus naturalia in eis sunt plenissima, ergo possunt apprehendere naturaliter ignem eius non esse disconvenientem. Denique iuxta hanc opinionem dicendum esset solum phantastica imaginatione spiritus ab igne torqueri qui aliter homo torquetur in somno ex apprehensione alicuius mali, quod imaginatur, at hoc plane non salvat modum loquendi scripturarum, & Patrum, nam Luc. 16. & Apocalyp. 14. ignis ille dicitur cruciatur, Matth. 3. comburere, & ad Theoph. 1. dare vindictam D. Greg. ignem illum appellat *non phantastica imaginatione, sed alicuius solidae cruciantem* D. August. loco citato cruciantem *veris modis* *Cyrellus arenam, & corrematrem*, Cyprianus, & Julianianus *cruciantem*, & *cruciantem*, ac falsas tandem cap. 33. *ignem deorum*.

12. Neque rationes in oppositum urgent, ut l. c. dicebamus, non quidem prima ex auctoritate D. Gregorii deducta, etenim in illo eodem loco, ne videretur eo loquendi modo docere, sola apprehensionem ignem infernalem rebelles spiritus cruciatur, addit quod *anima non solum videnda, sed etiam experientia videnda patitur*. Neque secunda valet, quia ignis infernalis ex eodem D. Gregor. non phantastica imaginatione, sed solida alicuius spiritus cruciatur, neque exemplum Avicennae de somnio est ad rem, alioquin tormentum illa vera non esset, sed somnium, tum quia cum imaginatio sit potentia corporea, & sensitiva, neque in Angelo, neque in anima separata sunt imaginariae visiones, sicut in anima conjuncta somnians, & ad summum dici possent animam separatam eo modo ab igne torqueri, quatenus cognoscit se ad corpus redituram post diem iudicii, & tunc vehementer passuram, a quo timore vehementer trahitur. Ad ultimum negatur consequentia, vel enim demon traheretur de igne apprehenso, ut proprie naturae disconvenientiae absolute, vel ex hypotesi, non primo modo, siquidem talis error in intellectum angelicum cadere nequit circa naturalia simplicissima, secundum vero modum sufficeret solum ad inducendum simplicem dispendentiam de igne apprehenso, ut nocivo tantum ex hypotesi, haec autem factis non est ad explicandam acerbitissimam ignis poenam a scripturis, & Patribus insinuatam.

14. Secundo queritur, an spiritus cruciatur ab igne per aliquem habitum receptivum passionis, affirmant aliqui dicentes Deum imprimere spiritibus, & animabus separatis qualitates, quae redduntur capaces igni ardoris formaliter cruciantis, ita Henricus quol. 8. q. 44. Sed hunc etiam dicendi modum resellit.

aut odibile, sicut enim non esse ab eterno non fuit malum, sic nec potest esse malum; sed poena, & miseria est simpliciter malum, & ideo simpliciter volenda quia est contra appetitum naturalem, & contra affectionem commodi, unde si daretur mihi optio, subdit Doctor ergo eligerem potius non esse simpliciter, quam in tali, & tanta miseria esse, quia non esse non est per se malum nisi tantum contradictorie, poena autem, & miseria est per se malum contrarie propter repugnantiam appetitus naturalis.

Confirmatur, quia damnati desiderant, quod esset eis magis bonum commodum, sed magis commodum ipsis esset non esse, quam in tali, & tanta poena esse juxta illud Matth. 26. Bonum erat illi, si non fuisset, & hoc etiam expressè habetur in Scriptura Apocalyp. 19. Desiderabunt homines mori, & mori fugiet ab eis. Denique in hac vita interdum, ut ipsa experientia docet, homines ob longè saeviores vexationes appetunt, & cupiunt non esse, & mori magis, quam vivere; ergo multò magis id desiderabunt damnati, quamvis inutiliter, quia semper erunt, vel inviti, unde hoc ipsum desiderium erit illis poena, vel supposita desperatione de consecutione ejus, quod cupiunt ex tali desiderio summa in eis tristitia consequetur. Ita etiam dicitur Rit. D. Bonaventura 4. d. 50. part. 1. art. 1. qu. 2. ubi ait, resolventur in optione, omnino non esse, quam eternaliter torqueri, loquor de appetitu, qui refugit incommodum, hoc enim iudicet mens mea magis portabile, sicut decollationem magis, quam diuturnam ignis adulationem, verumtamen secundum appetitum honesti, quia cruciatus inquit spiritus est ad gloriam Dei, utique malle deberet ignibus subiacere ad continuum Dei laudem, quam per omnimodam corruptionem manum Dei esse; & ibi se Raphaelis Doctor. Dices, omnis appetitus est respectu boni; at non esse non est bonum; ergo non appetunt non esse. Respondetur, quod licet non esse non sit bonum aliquod positivum, & simpliciter, esset tamen illis bonum aliquod negativum, quatenus ab ipsis tolleretur miseriam, & tormenta, quæ patiuntur, quod eis esset valde bonum.

30 Secundo queritur, an poena damnatorum sit tanta, ut nec aliquam levem delectationem admittere possit. Quamvis poena damnatorum sit valde magna, tamen non esse tantam, quia aliquam saltem levem delectationem admittere possit, existimant Suarez. l. 8. de Angelis c. 15. Arriaga disp. 26. cit. sec. 9. & quidam alii D. Thom. & Alensm pro se citantes, quod probant in primis ex Scriptura, ubi sæpius dicitur inimicus gaudere, & exultare ex ruina nostra, ut patet ex illo Ps. 37. Nequando supergaudeat mihi inimici mei, idest Diaboli, ut communiter exponitur. Deinde probant ratione, quia habent odium Dei, & ardens desiderium nocendi homini viatori; ergo quando id consequuntur, possunt gaudere aliquo modo accidentaliter, quia appetunt offensam Dei, & ruinam nostram ex invidia. Unde Suarez loc. cit. asserit hoc gaudium in eis cessaturum adempta potestate homines tentandi ex quorum damno hoc gaudium idest, & ex odio in Deum. Oppositum tamen docet Scot. 4. d. 44. q. 2. §. De secundo, quem secuti sunt Ocham, Gabriel, cum alii Nominalibus, Vasqu. Bannes, Reipsa, Pensantius, Medina, Zamel. & alii Recent. quod tali ratione probat, sicut enim beatitudo formalis omnem tristitiam evacuat in beatis, ita miseria formalis, & finalis, omne gaudium excludit in damnatis, quia voluntas affecta extrema miseria, & tristitia qualiscumque delectationis redditur incapax, sicut enim in nullo ejus poena minuitur, sic etiam nullum delectabile, circa quod demon affectus est ipsi motum proportionatum in ea dispositione ad causandum in eo delectationem. Quod si dicatur Deum suspendere concursum ad dolorem, & tristitiam in Beato, ne ejus beatitudo diminuat, eodem modo de damnato dici poterit, ne ejus poena minuat. Confirm. ex Hiquo loc. cit. in Commentario, quia non magis nata sunt illa motiva, & apta ex natura rei inducere gaudium in Dæmonis voluntate, quam memoria peccati, & offensæ contra Deum commissæ inducere tristitiam in Beato; sed ex illa memoria, & displicentia peccati commisi non trahitur Beatus ob summam delectationem ex fruitione manentem; ergo neque etiam Dæmon habet gaudium ex maleficio in homines quamvis illud velit, cum hinc, & inde quoad hoc effectus eadem omnino currat paritas. Tandem in ordine ad passionem quantum ad modum agendi, & inclinationem appetitus rationalis, & sensitivus eodem modo se habent; sed in appetitu sensitivo dolor vehementis, & excessivus valde ita predominatur, ut nullatenus delectari possit, non solum de opposito, sed nec etiam de quocumque alio objecto, ut ipsa experientia docet, quod aliàs esset delectabile, si appetitus non fuisset impeditus dolore vehementi previo; ergo idem dicendum in proposito de appetitu rationali, ut fultus prosequitur Hiquo loc. c. Neque locus Scripturæ adductus oppositum convincit, etiam admittendo, quod per inimicos intelligantur

Diaboli, loquitur enim accommodare ad casum nostrum, sic enim passionem istam Deo quomque & Beatis tribuere solet, ut quod tristetur de peccatis hominum, non quod in ipsis ea vera sint, sed quod inessent, si essent illarum capaces, quantum esset ex parte objecti. Nec etiam ratio docet, quia experimur nos ipsos aliqua, velle, quibus obentis nullam sentimus delectationem, unde tanto magis id Dæmonibus evenire potest, qui ex malignitate tantum, & invidia malum hominibus desiderant, & non quia in ipsis effectus obtento aliqua refertur delectatio, cujus sunt omnino incapaces, sicut Beati tristitiz, ne eorum poena minuat.

31 Tertio queritur, an poena damnatorum sit adeo magna, ut sit intensio infinita. Communis, & vera sententia est negativa, & ratio est evidens, quia in poenis eorum est inæqualitas, ut mox dicemus; ergo nulla est infinita, alias non esset in eis inæqualitas; tùm quia sicut gaudium Beatorum est finitum, ut disp. præced. dictum est, ita & damnatorum poena finita est, tum tandem quia infinitum categoricorum tam in quantitate, quam in qualitate etiam de potentia Dei absoluta repugnat, ut dictum est in lib. Phys. & ita præsertim docet Scot. 3. d. 19. q. un. ad 3. & 4. d. 50. q. 6. in fin. ubi ait poenam peccato mortali correspondentem non esse infinitam intensivè, sed extensivè tantum ideoque esse infinitam in duratione solum, non vero formaliter, si enim de poena damni loquamur, hæc formaliter, & immediata est privatio beatitudinis, quæ finita est; non Dei, si vero de poena sensus, hæc quoque est cruciatus in intensio finitus; & excessus autem, vel gravitas culpe non debet attendi secundum quantitatem extensionis, sed intensivè; & peccatum non dicitur infinitum, nisi quia separatur ab infinito, non quia formaliter malitia sit infinita, quia talis, & tanta est, quanta est bonitas, quæ nata fuisset inesse illi ad usque, si secundum debitas circumstantias fuisset elicitus; hæc autem infinita fuisset; non ergo deberet peccato poena intensivè infinita, sed finita, imò poena peccato mortali debita nedum non est categoricè infinita intensivè, sed nec etiam finitè categoricè, sed finita, ut docet Hiquo 4. d. 50. q. 6. in fine contra Almainum tract. 3. Moralium cap. 29. qui dicit peccatum mortale ita dignum esse poena, ut quatenus finita, & possibilis daretur, sit adhuc majori dignum, & majori in infinitum finitè categoricè. Ratio est, & quia malitia peccati mortalis quantum ad averionem, & conversationem finita est, ut ex professo ostendimus lib. 2. c. de disp. 6. de peccatis, q. 5. & malitia conjunctive peccati non est tanta, quin possit dari major, ergo poena majori in ratione punitionis, ita commensuratur illi, ut non sit dignum majori poena, & majori in infinitum. Confirmatur, quia alia sequetur omnia peccata mortalia æquali poena puniri debere, nec major poena deberetur magis gravi, quam minus gravi, nam magis gravis major poena infligi nequit, quam infinita finitè categoricè, idest, non tanta, quin adhuc major jus infligi possit, tanta autem deberetur etiam minus gravi peccato juxta illam opinionem. Dices peccatum mortale quantumque poenam etiam infinitam excedere in ratione mali, quia est majus malum, quam ulla poena, ergo unicuique peccato infligi potest poena, quam tumvis magna. Confirmatur, quia poena quantumcumque magna non sufficit, ut quis satisfaciat pro peccato mortali; ergo poena ipsi debita non est finita, alioquin ea soluta satisficeret pro peccato, & hoc est fundamentum Almaini loc. cit.

32 Respondetur negando consequentiam, alias sequeretur, quod etiam poena peccato veniali debita non esset finita intensivè, quia quodcumque malum culpe etiam veniale est magis malum, quam sit poena, illud enim est malum morale, & demeritorium, poena autem est tantum malum incommodum, & in genere nature, quatenus natura affligit, vel aliquo bono privati ratio autem disparitatis est, quia malum peccati, & poena sunt, diversi ordinis, & speciei, & ideo licet poena in ratione mali nunquam culpe etiam veniali adæquari possit, potest tamen adæquari in ratione punitionis ejus, & depressionis peccatoris; & hoc modo infligi peccatum, & poenam intervenit proportio requisita per justitiam, ut tanta sint tormenta peccatoris, quantum in delictis fuit, ut bene dicitur Hiquo loc. cit. quæ quidem proportio infligi peccatum, & poenam a Domino taxata, & iustitia fuit quantum ad intentio nem, quando dicit Apoc. 18. quantum glorificavit se, & fuit in deliciis, tantum datur ei tormentum, & iustum; & ratio talis proportionis est, quia poena peccato correspondens secundum iustitiam non debet habere rationem mali moralis, sed rationem mali incommodi modo iam explicato. Ad Confirmationem quaeritur si de antecedente, neganda est consequentia cum Hiquo loc. c. quia poena ordinata est præsertim damnatis, non in satisfaciendum, sed in satisfaciendum, & peccatoris punitionem tum quia, ut ait Pontius disp. 19. cit. quæst. 9. etiam si poena peccato mortali debita sit finita, quoad intensivè, tamen quia in perpetuum est duratura, nemo illam resolvere potest, & consequenter nullus pro peccato mortali

satisfacere poterit, unde ad summum probatur argumentum peccato deberi ex iustitia poenam infinitam, quoad extensionem, non autem quoad intentionem.

33 Quarto queritur, an poena damnati in omnibus damnatis sit æqualis. Prima opinio affirmat, etiam quia citantur Poladano, Durando, Capreolus, & alii, et etiam Balfolus ex nostris, cujus fundamentum est, quia poena damni essentialis damnatorum consistit in carentia Dei, sed hæc carentia non suscipit magis, & minus quia carentia significatur ab objecto, Deus autem magis, & minus non suscipit. Confirmatur, quia poena damni est privatio totalis beatificæ visionis. Sed privatio non suscipit magis, & minus; ergo neque inæqualitatem. Tandem quia damnati quantum boni amici non apprehendunt, cum eis notum non sit, qualis gradus beatitudinis actibus contrariis suis peccatis correspondet, & secundum la opinionem communior, & probabilior negat asserens poenam damni in damnatis esse inæqualem juxta demerita, ita præsertim Scotus 4. dist. 50. q. 6. §. Ad primam questionem, & ita ascendunt ad consequenter ad dicta disp. præced. de Beatitudine, sicut enim beati inæqualem habent beatitudinem juxta meritum inæqualitatem, ita damnati quoque inæqualem debent habere poenam damni juxta demeritorum inæqualitatem, & sicut beatorum merita se habent in merendo majus, minusque primum, sic reproborum demerita in demerendo illud. Quomodo autem sit assignanda hæc inæqualitas bene declarat Hiquo loc. c. ex doctrina Scoti ibidem, quia qui gravius peccat, privat se majori rectitudine, & merito, ad que per legem vocatur, & que sunt media acquirenda gloriæ, & ac proinde etiam consequenter se privat gloriâ, quæ alias coram pateret hæc autem privatio non solum opponitur gloriæ secundum speciem, sed etiam secundum gradum perfectionis, ita ut sit tanta gloriæ, quanta exclusio est per demerita subtrahit rectitudinem, que debet inesse, & secundum gradum rectitudinis, non solum in specie, sed etiam in individuo, voluntas enim debet inesse, & tunc ut operatur, operari secundum regulam præscriptam, cui opponitur peccatum, quod committit; hæc autem rectitudo, quæ hic, & nunc excluditur per malitiam oppositam, & debet inesse, habet sibi commensuratum gloriæ gradum; & sicut peccatum opponitur ducte nisi rectitudini, ita inducit damnatum gloriæ correspondens, quod consistit in privatione illius gloriæ commenturata ipsi in substantia, & gradu, & hoc modo crescit, & augetur ipsi quantum crescit in gradu ipsa gloria. Ita dicitur inquit ibi in Commentario, inæqualitas ergo poenæ damni essentialis hoc modo explicanda est, sicut etiam explicare solemus differentiam inæqualitatis inter eadem specie peccata, ut etiam dicitur, ut dictum est disp. 6. de peccatis.

34 Ex qua doctrina facile solvitur fundamentum prioris sententiz, poena enim damni non consistit in carentia Dei tantum, sed in carentia visionis, & fruitionis Dei; beatitudo enim consistit in visione, & fruitione Dei, ut dictum est disp. præced. quantumvis autem Deus magis, & minus non suscipiat, bene tamen ejus visio, & fructio, hæc autem loquuntur de bono formali, & consistente in actu, quo privat poena damni, non de bono objectivo, unde ad summum argumentum probat poenam damni in damnatis ex parte objecti esse æqualem. Ad Confirmationem negatur minor, quia privatio in specie in ratione damni tanto major est, quanto forma est perfectior, quia privat, ut patet de differentia inæqualitatis peccatorum, quorum unum est majus alio, quantum majori rectitudine privat, unde in proposito de poena damni, que in privatione beatitudinis consistit, non solum privatio attendi debet secundum rationem, seu oppositionem in specie, sed etiam oppositionem in individuo, quia privatio visionis, & fruitionis commensurata rectitudini, quia hic, & nunc peccatum privat, & quæ est damnatum, quod per peccatum incurritur, unde damnatis peccando privat se gloria in gradu proportionato illi meritis quorum debitis erat voluntas in ordine ad gloriam acquirendam in eadem proportione. Ad ultimum negatur assumptum, quia damnati in panam reflectunt ad quantitate, & qualitate peccatorum eorum illorum juxta illud Sap. 5. Verbumque de vinis veritatis, ambulavit in via difficile, & pariter recordantur ad Deum reddidit unicuique juxta opera sua, & quod nihil rememoratum relinquit & sicut majora maioribus esse preparata, & minora minoribus juxta meritum proportionem.

35 Quinto queritur, an poena sensus in omnibus damnatis sit æqualis, quæ quidem poena, ut patet ex superioribus dictis est dolor positivus, sive tristitia, quam damnati sustinent, sive sit spiritualis, sive corporalis, quam omnino affirmat, & præsertim Scotus loc. c. ubi ait poenam sensus in damnatis esse inæqualem juxta inæqualitatem corporum, quod etiam antea docuerat. dist. 44. q. 2. in solutione primi argumenti de æqualitate poenarum in spiritibus, qui per tristitiam cruciantur, & pro-

bat, quia ubi est gravior culpa, ibi est gravior poena juxta illud Redde unicuique juxta opera sua, certum autem est, quod in damnatis non est æqualitas culpæ; & ita passim discurrunt SS. Patres, & præsertim D. Aug. lib. 21. de Civitate Dei cap. 16. in fine, ubi ait: Nequaquam negandum est etiam ipsum æternum ignem pro diversitate demeritorum alius leviorum, alius futurum esse graviorum, & lib. 4. de Baptismo, contra Donat. cap. 15. Nec dubitandum est, ipsas poenas, quibus damnati cruciantur pro diversitate criminum esse diversas, & alias aliis atrociores, & ex illo igne diversa possunt distribui pro crimium diversitate supplicia: & lib. de unitate saculi cap. 3. juxta qualitatem culpe poenam unicuique sustinebit gehenna. Ita etiam Divus Gregorius lib. 9. Moral. cap. 47. ubi diffusè docet ordinem tormentorum in Inferno pro qualitate culpæ esse servandum, & concludit, quod sicut in domo Patris, mansiones multe sunt pro diversitate virtutum, sic damnatos diverso supplicio gehennæ ignibus subicit disparitas criminum; & ita passim alii Patres discurrunt. Dices, idem ignis erit afflictivus omnium, ignis autem cum sit agens naturale ager in quolibet secundum ultimam potentiam suam, & sic equaliter. Respondet Doctor negando consequentiam, quia inæqualitas non est accipienda ex parte ignis præcisè, sed ex inæqualitate demeritorum, & Dei cooperantis igni ad maiorem afflictionem secundum existentiam majoris culpæ. Adde tandem Doctor ibidem, idem quoque dicendum esse de poena vermis, hæc enim erit quædam tristitia, & continuus conscientiz remorsus, ut supra dictum est, & ista poena erit inæqualis, sicut tristitia, quia nolens illa mala pati, est eis inæqualis, si enim habebunt remorsum majorem, vel minorem secundum proportionem culpæ, sicut de peccato graviori infligitur eis gravior poena.

36 Postremo queritur, unde hæc poenarum diversitas in damnatis oritur. Dicendum est ex triplici capite deducendam esse, nimirum ex inæqualitate demeritorum, effective a Deo, ut a causa principali, & instrumentaliter ab ipsis tormentis magis, minusve afflictivis, ita Scotus dist. 44. q. 2. N. & quidem quod hæc poenarum diversitas merito oritur ex diversitate culpæ patet ex modo dictis. Quod vero effective sit a Deo, ut a causa principali probat Doctor, quia tormenta Inferni sunt agentia naturalia, non libera, quæ ad Dei nutum influunt, & juxta ejus dispositionem, unde eorum concursus a Deo moderatur, & disponitur ad magis vel minus torquendum, non enim alia causa assignari potest temperans eorum naturalem, ac vehementem influxum, & ita deducitur ex verbis Apocal. 18. ubi ita præcipitur a Domino: Reddite illi, sicut ipse reddidit vobis, & duplicatè duplicatè secundum opera ejus, & quantum glorificavit se, & fuit in deliciis, tantum datur ei tormentum, & iustum, quibus verbis innuitur diversitatem tormentorum in Inferno esse a Deo effective, ut a causa principali; unde etiam Balfolus nosse 4. dist. 50. q. 2. art. 3. in fine inquit quod dolor ignis, ejusque inæqualitas accipienda est ex inæqualitate demeritorum, & ex causa effective affligente, & magis principaliter ex Deo, non ex igne ipso, nam ignis quantum est ex se uniformiter ageret, & affligeret æqualiter dispositos corporaliter, & sibi approximatos; sed Deus facit totam deformationem, nam cooperatur, & cogitat ipsi igni ad majorem afflictionem, & fortiozem immutationem, vel minorem secundum exigentiam culpæ majorem, vel minorem, & subdit, quod si forte ignis non possit in tantam, & ita vehementem immutationem, quantum exigit culpa, dicendum esse, quod ignis cooperatur Deo ad illum gradum; in quem naturaliter potest, & Deus per se ipsum immediate supplet ulteriorem gradum, quod etiam approbat ex nostris Nicolaus de Nisse tract. 7. p. 3. pro. 2. qu. 13. in fine. Denique quod talis poenarum diversitas, & inæqualitas oritur etiam instrumentaliter ab ipsis tormentis inferni magis, vel minus afflictivis probat Brancatus nosse disp. 13. cit. art. 9. in fine ex D. Augustino lib. 21. de Civitate Dei cap. 16. cit. ubi sic loquitur: Nequaquam negandum est etiam ipsum æternum ignem pro diversitate demeritorum alius leviorum, alius futurum esse graviorum, sive ipsius vis, atque ardor pro poena digna cuiusque varietur, sive ipse equaliter ardeat, sed non equali molestia sentiatur: neque enim potest ardere dici, nam quod quis ardeat, alius non formaliter a causa ardorem faciente provenit ergo tali poenarum diversitas instrumentaliter etiam ab ipsis tormentis provenit magis, vel minus afflictivis.

ARTICULUS SECUNDUS.

De eorum extentione, & duratione.

Primo queritur, an poena damnatorum in Inferno sit infinita saltem extensivè, id est in aeternum durans. Circa hoc punctum varii fuerunt antiquorum errores; aliqui enim absolute negabant aeternitatem poenae in damnatis, qualis fuit error, qui dicitur Origenis, vel potius ut alii volunt, Origenistarum; qui hunc errorem induxerunt. Alii dicebant poenas Principum, & Tyrannorum fore perpetuas, non aliorum juxta illud *Poenae poterunt committi a parientibus*. Alii dicebant poenas eorum, qui ante Christi adventum fuerunt, desisse, quia Christus ad infernos descendens eos liberavit. Alii tandem intermissionem poenarum pro aliquo temporis spatio admittebant. Sed omnes hi errores sunt, & ex Scriptura, & Patribus convincuntur, qui universaliter, & sine limitatione loquuntur, unde haec est veritas fidei poenam inferni pro omnibus damnatis aeternam esse, definita fuit in 6. Synodo Act. 11. in Lateranensi Concilio sub Innocentio Tertio cap. 8. r. miter, & eam supponit Trident. sess. 6. cap. 14. & 15. & sess. 14. c. 8. & ita expresse deducitur ex pluribus Scripturae locis tam veteris, tum novi testamenti Deuter. 32. Judith. 16. Job. 7. Psal. 10. Proverb. 10. Isaia. 12. Matt. 3. & 25. Marci 9. 1. Ad Thessal. 2. Petri. 2. Apocalyp. 14. 18. & 19. & alibi frequenter, quae testimonium singillatim ducit Coccius de 4. novissimis lib. 10. art. 8. Bellarminus Branc. noster disp. 132. art. 22. & alii passim, sic etiam loquuntur omnes Ecclesiae Patres ab eodem adducti, & praesertim D. Augustinus ad Orosium contra Ruffinum, cap. 6. ubi disputans contra Origenem utitur dicto Matt. 25. *ibis hi in ignem aeternum*, &c. & concludit, quod qualisvis poena significata sit homine ignis, & vermis, certe si non morietur, nec exstinguetur sine fine praedicta est, nec aliud agebat Propheta cum hoc diceret, nisi eam sine fine praediceret, & lib. 1. de Civit. Dei c. 17. dicens illos, qui dicebant aliquorum hominum poenas futuras esse temporales, aliorum aeternas ait, quod profecto misericordior fuit Origenes, qui & ipsum Diabolum, atque Angelos ejus ex illis cruciatibus eruendos dixit, cujus doctrinam sancta regnavit Ecclesia. Et in Enchirid. capit. 111. solvens fundamentum Origenistarum, quod erat illud Psal. 76. *Non enim oblitiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordiam suam* ait intelligi sine serupulo de vasis misericordiam, id est de salvandis, quia illi non pro meritis suis, sed deo miserante de miseria liberantur. Vel si de damnatis velis etiam intelligi, dicendum, quod in ira sua non continet Deus misericordias suas cum reus, nisi usque, quam merentur puniri, & norandum, inquit, est quod non dicit *Inter tram suam*, & sed quod in ira sua perseverante non continet misericordias, quoniam eam quoque in damnatorum punitione manifestat ut infra patebit. Demum omnes Scholastici hoc idem docent cum Magistro 4. dist. 49. ubi D. Th. dicitur. Albertus magnus, Scotus, & alii passim.

Secundo queritur, quare culpa mortalis temporalis aeterna poena puniatur, Aliqui, ut refert Scotus 4. d. 46. q. 4. in solutione secundi principalis, dixerunt ideo peccatum inale damnati poena aeterna puniri, quia praevius est, quod si perpetuo vixisset, perpetuo peccasset, quae opinio tribuitur D. Greg. 1. 3. c. 7. quem ibi citat Doctor; sed vera potius exaggerative loquitur ibi Gregor. quam Scholastice, improbus peccatoris oblationem, & pronitatem ad semper peccandum, ut Branc. noster advertit disp. 132. cit. a. 13. aeternitas enim poenae peccato mortali actuali non correspondet ex praedicta causa, quia scilicet peccator praevideat semper peccaturus si vixisset, quia ut inquit Doctor aliquis peccat cum proposito poenitendi; ergo nec explicitè, nec implicitè in voto perpetuo peccat; tum quia bona opera, quae aliqua conditione supposita praevidentur futura, non praemiuntur, nam praevideat Christus dominus Math. 11. quod si in Tyro, & Sidone facta fuissent miracula, quae facta sunt in Corosaim, & Bethsaida; in cinere, & cilicio poenitentiam egissent, & tamen haec voluntas non praemiuntur; ergo neque mala eodem modo praevia puniuntur ad Deo. Quare subdit Doctor, ideo poenam infinitam duratione correspondere culpa instantaneae, vel temporali mortali, quia haec in damnatis in aeternum durat, quod etiam tenet D. Thomas p. 2. quae. 87. art. 4. ad 3. & sequuntur Vasquez, Medina, Sayrus, Zumei, & Bellarminus, Herrera, & plures alii, unde infinita poenae duratio non correspondet peccato mortali ex propria natura (inquit Doctor) siquidem posset Deus poenam aliquam infligere, quae si tantum duraret per momentum, sufficienter peccatum puniret, sed hoc accidit ex ordinatione divina sic disponente, quia enim culpa, & peccatum durat in obliata damnatorum voluntate, ideo et poena durat, quod probat Doct. ex Augusti-

no de fide ad Petrum circa medium dicente: *Permanente in his injuria afflictionis malo, permansit in eis iuste retribuitio damnatio*. Aliam etiam insinuat Doctor congruitatem poenitentie poenae, & est quia maxime expedit, ut peccata gravia, velut sunt mortalia, vitentur, ad hoc autem necesse fuit, vel saltem congruum poenam aeternam imponere, si enim esset spes finis poenae, non multum de illa homines curarent.

Sed insinat Coninchius disp. 10. de poenit. dub. 1. rationem perpetuae malae voluntatis in damnatis perseverantis esse non posse causam aeternitatis poenae, quia damnati actu non demerentur peccando, vel non poenitendo, dum non possunt, neque propter illam malam voluntatem in eis perseverantem puniuntur; sed propter peccata in hac vita commissa; sed hanc instantiam jam exclusimus lib. 2. sent. disp. 6. de peccatis q. 7. art. 2. nu. 196. quia nec Scotus, nec Augustinus dixerunt damnatos puniri poena aeterna, & infinita, quia actu demerentur, postquam in aeterno, neque quod actu puniantur propter illam malam voluntatem, sed quia fuerunt in causa, ut quantum esset ex seipis, in tali statu semper permaneret; unde duratio illa in aeterno est voluntaria in causa, dum voluntarie decesserunt in tali statu, in quo poenitentiam agere non possent, ideo proportione servata etiam poena est in aeterno duraturus quod Doctor explicat exemplo de servo in foveam prociatente, a quo non possit, nisi Domini auxilio exire, unde quantum est ex se habuit voluntatem interitum manendi semper in tali statu; hoc enim contingit iureo, qui non agit poenitentiam viator, quando poenit, & debitur inde ratio ad ducta verificatur, in hoc, quod talis perpetuo peccat vel actualiter, vel habitualiter, & in terpretative manens in peccato vel in aeternitate, & exponens se perpetuati peccati. Hec tamen Scoti doctrina ex D. Augustino desumpta, ut advertit Hiquius ibidem in Commentario potius dat congruitatem, cur ita statutum sit, quam propriam causam assignet, cur poena aeterna peccato temporali correspondet; hujus enim perpetuitas propria ratio, & causa est lex universalis vindictae, & iusta; quae peccatum hujus tali lege prohibuit, ut etiam respondet Augustinus lib. 1. de fide contra Manich. cap. 18. & sic etiam iustus retribuitur pro merito temporali aeternum poenam, & utriusque aeternitas in Scriptura exaggeratur per modum retributionis bonorum, & malorum Ratio itaque Scoti ex Augustino desumpta congruitatem assignat legis statuta ex demerito peccatoris Deum offendentes, & graviter ejus legem contemnentis, quod ducit in vitam aeternam, quia hoc ipso, quod peccat; neque deinceps poenitentiam, dum tempus constituitur, perpetuo peccatum afficit, pro quo sicut nulla est satisfactio possibilis in termino, ita etiam juste poenam incurrit aeternam ex lege statutam, ut adhuc magis patebit ex modo dicendis.

Tertio queritur, quomodo poena aeterna culpa temporali, & instantanea proportionetur; & ratio dubitandi est, quia poena aeternitas peccato mortali non correspondet ex natura rei, sed tantum ex ordinatione divina, ut dictum est, unde posset peccatum mortale sufficere, & adaequatum finito tempore puniri, spectata ejus natura intrinseca; & consequenter aeternitas in Inferno demeretur, quia exigeret Deus solutionem in majorem debito, quam instantiam urget etiam Coninchius loc. c. contra doct. inam altam de causa gratitatis poenae damnatorum. Pro resolutione dicendum est poenam aeternam culpa temporali, & instantanea esse proportionatam, & iuste potuisse Deum taxare, sicut de facto taxavit, ut qui in peccato mortali ex hac vita decederet, perpetuo in poenitentiam remaneret, & consequenter aeterno dono perpetuo privatus, & aeterno malo perpetuo addictus, & ratio est, quia proportio poenae ad culpam attendi non debet ex delectatione, & duratione ejus, sed ab objecto, & sine a quo quis avertitur, statuit autem Deus, ut ab ultimo sine se avertit, quia avertitur, illi caret, & pari poena puniatur. Quod autem talis lex iusta sit, & honesta probat Doctor loc. c. ex August. lib. 21. de Civ. Dei, c. 11. ubi ex professo querit, quomodo in Dei Civitate iustitia exercetur, & poena aeterna peccatis taxata sit eis proportionata, cum pro peccato momento aeterna poena puniat; & talem proportionem, adaequatum probat ex legibus humanis, & ex paritate poenarum a Republica infligendarum, nam secundum civilem iustitiam qui contra Rempublicam peccat, societate Republicae privatur omnino vel per mortem, vel per exilium perpetuum, nec attenditur quantum fuerit temporis mora in peccando, sed contra quid peccaverit adem est aequa comparatio totius vitae praesentis ad Rempublicam terrenam, & totius aeternitatis finem civitatem Dei, & Beatitudinis ergo qui contra ultimum finem peccavit, & contra charitatem, per quam est societas Beatitudinis, est aliqua brevi mora peccaverit, adhuc in aeternum puniri debet, & ideo in hoc puncto dicitur D. Thom. libro 3.

Quaestio III. Articulus I. ad hanc proportionem declarandam aeternitatis poenae cum culpa temporali. Quae etiam suaderi potest exemplo de servo in foveam prociatente allato a Scoto, qui enim voluntarie se in foveam precipitat, de qua per se evadere non potest, nisi ejus auxilio, quem actu offendit, iuste ab eo in ea delectatur; cum ergo damnatus peccatum ante mortem retractare poterit, & non retractaverit, iuste poena aeterna per legem comminata punietur.

Ratio tandem hoc etiam suadet, quia aequum, & iustum est ut pro contemptu, & offensa boni infiniti stabilita sit poena extensivè infinita, & ut qui bonum aeternum voluntarie amittit, & ipsevit pro momentanea, & transitoria delectatione, malum quoque aeternum, & poenam aeternam consequatur; ut enim dicitur idem Aug. lib. 21. de Civitate Dei. *Quanto magis homo servatur Deo, tanto majori impietate Deum detulit, & falsus est malo dignus aeterno, qui hoc in se permisit, bonum quod esse possit aeternum: rationabiliter ergo, & proportionate peccato temporali, & transitorio poena correspondet aeterna ex ordinatione divina. Ad rationem dubitandi jam responsum est disp. 9. cit. q. 7. concessio antecedente negando consequentiam, quia namque peccatum perpetuo in peccatore durat modo jam explicato, hinc iuste etiam in eo durat poena, unde non tam peccatum in se, quam ejus continuata duratio puniuntur in aeternum, & quidem iuste, iustum enim est, inquit August. cit. quod quomodo durat culpa, quae fuit voluntaria in causa, duret etiam poena; ratio igitur, quare aeternitas poenae proportionata sit peccato non retractato, quia persona peccans, & peccatum ejus perpetuo durat, nam respectu aeternae vitae civilis in Republica aliqua culpa adeo gravis est ut totalem exclusionem ab illa vita civili mereatur, accidit autem, quod ejus extensio sit finita, & non perpetua, quia nimirum vita finita est, sic in proposito culpa mortalis totalem exclusionem meretur ab illa civitate superna, sed ideo praesens perpetua est illa Doct. l. c. quia vita cum culpa est perpetua. Quod autem adhuc dicitur culpam puniri citra condignum, inquit ibidem, non attendi debere ex poena extensio, sed intentione, quatenus culpa licet in aeternum puniatur, adhuc tamen non sit extensivè puniuntur, quantum meretur. Et ita etiam hanc difficultatem resolvit Scholasticus loc. c. ubi querens, quomodo illa poena aeternitas iuste correspondeat culpa instantanea, ait secundum Doctorem dicendum esse, quod per se necessario non correspondet illa aeternitas, quia iuste puniri posset poena temporali, sicut & merita praemiarum temporali; iuste tamen puniuntur culpa illa aeterna poena, praesertim Deo pacto de praemiando aeternitatem servantes perseverant eius mandata, & puniuntur aeternitatem violantes ea. Quod si tantum decrevisset iuste retribuire his, & illis praemiaris, & demeritis, posset iuste illi praestare sine aeternitate retributionis, quod etiam significat Doctor infra d. 49. q. 6. art. 2. ubi ait aeternitatem beatitudinis cadere sub praemium iustitiae liberalis ex suppositione, scilicet, dicti pacti Dei de sic praemiando, & idem est in proposito de puniendo, quod adhuc magis patebit q. seq. art. 1. supposita namque ordinatione praemiandi iustitiae extensivè bonum iustitiam, iuste quoque infinite eodem modo puniuntur finitum malum; & sic licet absolute loquendo sufficeret poena temporalis pro culpa, tamen respective ex suppositione praemii iustitiae, pro bono infinito, iuste puniuntur poena aeterna, & quod peccatum mortale aeternam poenam mereatur ex sola ordinatione divina docet etiam Suarez tract. 5. disp. 7. sec. 7. cum pluribus aliis Recentioribus.*

Secundo tandem queritur, an ex poena aeternitate infinitas culpa mortalis bene deducatur. Affirmant plures Thomistae, quae opinio D. Thomae tribuitur p. 2. q. 87. art. 4. & p. 1. q. 1. art. 2. ubi Caietanus, Medina, Alvarez, Navarrus, Cornes, & plures alii, quorum fundamentum est, quia gravitas poenae culpa gravitate offendit, & offensa ex poena ipsi debita colligitur, quam sit gravis, sed culpa mortalis puniuntur poena infinita, quae in aeternum duret, & q. d. 8. ceterum multum peccatum in ratione offensa includere infinitam malitiam simpliciter intrinsece, & formaliter, sed tantum secundum quid late non stravitum, disp. 6. cit. de peccatis qu. 7. cum Scoto, & omnibus Scotistis 2. dist. 38. q. 1. & 3. dist. 19. ad 1. & d. 30. c. Contra; & praesertim quod talis infinitas peccati ex poena debite infinitate deduci non potest, offendimus ibidem art. 2. in solutione objectionis tertiae num. 197. & seq. & ex praeteritis ratione, quia si propter malitiam infinitatem correspondet peccato mortali poena infinita in extensio, non servaretur proportio inter poenam, & culpam deberet etiam puniri culpa infinita secundum intentionem, & non tantum poena infinita secundum durationem. Imo argumentum est validum, ut ibi dicebamus, & probaretur a pari actum meritorium esse infiniti valoris, quia praemium sibi correspondens, scilicet, beatitudo est extensivè infinitum; & ideo verum est, quod aiebat Doctor proportionem

inter culpam, & poenam, ac inter meritum, & praemium non poenae extensio poenae, vel praemii debere attendi, sed tantum poenae intentionem. Hinc ad rationem in oppositum iam diximus ibi cum Doctore 3. dist. 19. q. un. ad 3. & d. 4. q. 40. qu. 6. in fine, poenam peccato mortali correspondente non esse infinitam intentione, sed extensivè tantum, ideoque esse infinitam in duratione solum, non vero formaliter; si enim de poena damnati loquamur, haec formaliter, & immediate est privatio beatitudinis, non Dei; si vero de poena sentis, haec quoque est privatio in intentione finitum; excessus autem vel gravitas culpe non debet attendi secundum quantitatem extensionis, sed intentionis, quia per se culpa correspondet poenae secundum intentionem iuxta iustitiae distributionem.

QUESTIO TERTIA.

De in punitione damnatorum Deus utatur iustitia, & misericordia.

Scotus in 4. sent. d. 44. postquam per plures quaestiones demonstravit iustitiam, & misericordiam in Deo reperiri, in qu. 4. offendit tandem in damnatorum punitione utramque d. 40. exercet. Nos autem quomodo, & qualis iustitia inter Deum, & creaturam intercedere possit, jam ex professo declaravimus lib. 3. sentent. disp. 3. de merito Christi q. 5. & quomodo etiam misericordia sit in Deo admittenda erga creaturas, hic breviter discursurus, ac pateat tandem, quomodo etiam utramque erga damnatos in Inferno exercet.

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo manifestetur iustitia in punitione damnatorum.

Primo supponimus ex iam fuisse dictis lib. 3. sent. disp. 7. q. 1. iustitiam distingui in universalem, & particularem; prima dicitur iustitia legalis, secunda communiore loquendi modum, quae universaliter dicitur iustum, secunda dicitur iudicialis quae particulare factam iuxta legem dicitur iustum, vel iniustum. Rursus omnis iustitia, quae est simpliciter ad alterum, vel est commutativa, vel distributiva: prima est illa, per quam fit commutatio, ut cum commutatur praemium pro merito, poena pro demerito, unde in duas species subdividitur in praemiativam, scilicet, & punitivam. Secunda est, quae distribuitur singulari res, & gradus luxa eorum perfectione, & status, ut cum in Republica gradus, & honores distribuantur iuxta personarum dignitates, & perfectiones, ut fuisse declaravimus q. 3. cit. art. 1. Potest autem iustitia, sicut & quilibet alia virtus sumi quandoque pro actu, & quandoque pro habita, sive ex actibus causato, sive intuitu, ut contingit in creaturis; cum autem de iustitia Dei quasi habituali sit sermo, eodem propterea modo intelligi debet, sicut de aliis divinis attributis loquimus, quod, scilicet, importet perfectionem in Deo ex natura rei formaliter non autem realiter ab eo distinctam, sicut de omnibus divinis attributis iam diximus lib. 1. sent. disp. 2. & docet Scotus 4. dist. 46. q. 2.

Secundo his praemissis dicendum est, & de fide tenendum in Deo omnimodam reperiri iustitiam tam in praemiativae bonorum, quam in punitione malorum, quia veritate plene sunt Scripturae Pl. 10. *Iustus Dominus, & iustus est dilectus, & equitatem vidit vultus eius*. Pl. 18. *Iustus Dominus rectus, & aequus*. *Abraham*. Gal. *Iustitiam ejus*. Pl. 49. *Iustitiae planum est deus*. Pl. 84. *Iustitiae*. *Prope stulticia sunt, & iustitia deus*. *Iustitia commutativa, & distributiva* tam in praemiativae, & retributione iustorum, quam in punitione malorum expressè etiam loquuntur Scripturae ut a. ad Rom. 6. *Reddit dominus unicuique secundum opera eius, ut quidem, qui seculum patientiam bonae operationis, & bonorum, & incorruptionis operantur, vitam aeternam; ut autem qui sunt in contritione, & non qui sunt in aeternitate, credunt autem iniquitatis, ira, & indignatio*. 2. Cor. 12. *Unusquisque secundum bonum, & malum, & quod fecerit, dabitur ei*. *Ad Timoth. 4. Carissimum consummavit, idem servavit, in reprobis iustitia est mihi tributa, quam reddet mihi Dominus in illa die iustitiae*. *Idem servavit, ut qui diligunt ad invicem, non solum amant mihi, sed & ut, qui diligunt ad invicem*.